LIBELLVS SO

PHISTARVM AD VSVM
OXONIENSIVM.

Anno M. D. XXV.

Sum
Francis Bernardi

Nat. Di e. 59

Ad ſubtiliſſimorum ingeniorum ſophiſtas.

QVoniam perſona quã quis gerere uelit (ut inquit Cicero) à uoluntate proficiſcitur. Vobis adoleſcentes (quibus ineſt maxima concilij imbecillitas) conſulo, ſi aliquando adipiſci uolueritis uirtutis premium (quod honor eſt) refrenate libidines, ſpernite uoluptates, ceterasq; animi labes repellite: mores deprauatos inſolentiamq; reſtringite. Vigilantiſſimis animis & uirtuti & bonarum artium literis incumbite, quarum radices & ſi amare ſint, fructus tamen earũ dulces, nec prius fructus q̃ radices guſtare licebit: quoniam non meruit dulcia qui non guſtauit amara. Et quacunq; ſcientia quis excellere mauult: principio opus eſt (ſi ad altas ſtructuras progredi uoluerit) logicalia principia in animo ſuo pro ſtabili iaciat fundamento: ad omnem namq; ſcientiam logica uiam habet: atq; ueluti linceis oculis uerum à falſo in ſingulis diſcernit. Hec enim eſt omnium ſcientiarũ clauis referans & aperiens omnis ſapientie ſecreta. In omnibus ſcientijs militat, illas ab inimicis defendens, elingues inſtruit, & ſermone egẽtes ditat, torpentes excitat, armatq; inermes. Hanc igitur adoleſcentes diligite & colite omni nectare ſuauiorem, omni ſerico ſplendidiorem, omni auro gemmaq; precioſiorẽ. At (ne pluribus agam) logica ſingulis ſcientijs ſplendorem confert: tantoq; ceteris ſcientijs omnibus preſtat: quanto ſingule alie ſcientie illa utuntur. Et huius tante laudis, logice, nolo quenq; exiſtimare quod ſophiſtria ſit expers: quoniam tam inter ſe congruentes ſunt logica & ſophiſtria: ut qui logicam laudat, ſophiſtriam, bonum logice ſeminarium laudet neceſſe ſit. Hec enim tractat ſubtiliſsima ſophiſmata: que ſi q̃s bene docteq; intellexerit: uidebitur apud omnes mirabilis ſapientie & diſcipline. Hec etiam tam omnibus utilis tamq; preclara eſt: ut nir interior ſit logica, nec mediocri laude ſit digna. Hanc igitur uobis emite: qui aliquando docti eſſe uelitis: nec pluris ſit apud uos pecunia q̃ ſciẽtia, libros iam uenales habetis: omni cura ac diligentia emendatos. Valete.

BODLEIAN
27 MAY 1950
LIBRARY

¶De propositionibus

PRopositio est oratio indicatiua, congrua, & perfecta, uerū uel falsum significans.

¶Propositionū. Alia cathegorica, alia hypothetica ¶Cathegorica est illa que habet unicum subiectum, unicum predicatum, & unicam copulam, exemplum, ut homo est animal: ly homo est subiectum: quia precedit principale uerbum. ly est, est copula: quia copulat siue ligat subiectum cum predicato ly animal est predicatū quia sequitur principale uerbum, & subiectum est totū illud quod precedit principale uerbum preter signum & negationem.

¶Quero quæ est ista homo currit, dico q̄ est cathegorica.

¶Contra. Illa est cathegorica que habet unicum subiectum, unicum predicatū & unicam copulam, sed hic deficit predicatum, ergo non est cathegorica. Dico quod q̄is non habeat predicatum expresse positum tamē habet subintellectū. scilicet currens, quia omne uerbum adiectiuum potest resolui in participium eiusdem temporis & in hoc ꝟbū. Sum es fui, ut currit, id est est currens, & hoc uerbum Sum es fui resoluitur in seipsum & in participium suum, ut homo est, id est homo est ens.

¶Item propōnum alia affirmatiua, alia negatiua. ¶Affirmatiua est illa in qua principale uerbum affirmatur, ut homo currit, ¶Negatiua est illa in qua principale uerbum negatur: ut homo non currit

¶Propositionum alia uniuersalis, alia particularis, alia indefinita, alia singularis

¶Vniuersalis est illa in qua subiicitur terminus communis signo uniuersali determinatus: ut omnis homo currit. Et ista sunt signa uniuersalia. Omnis, nullus quilibet, neuter, nemo, nihil, uterq̄, unusquisq̄ & similia

¶Particularis est illa in qua subiicitur terminus communis cū signo particulari determinatus, ut aliquis homo currit. Et hec sunt signa particularia. Aliqs, quidam, alter, alius, unus, solus & similia

¶Indefinita est illa in qua subiicitur terminus cōis sine signo, ut homo currit.

¶Singularis est illa in qua subiicitur terminus discretus uel pronomē demonstratiuum: ut ioannes currit, uel ille homo currit, Et nota quod terminus discretus est omne nomen proprium, ut ioānes, plato, sortes, Et terminus communis est omne nomen appellatiuū quod est cōe multor̄: ut homo, animal, asinus,

¶Que'ca, uel yp, qualis'ne, uel af, u, quanta'par, in, sin.

¶Exponitur sic: ad questionem factam per que, respondendum est cathegorica uel hypothetica. Ad questionem factam per qualis, respondendum est affirmatiua uel negatiua. Ad questionem factā per quanta, respondendum est uniuersalis, particularis, indefinita, uel singularis.

¶Nota quod uniuersalis affirmatiua, & uniuersalis negatiua, de consimilibus subiectis predicatis & copulis, & terminis precise supponētibus pro eisdem contrarie stant in figura

¶Vniuersalis affirmatiua & particularis siue indefinita negatiua: cum eisdem conditionibus contradictorie stant in figura

¶Vniuersalis negatiua & particularis siue indefinita affirmatiua, cum eisdem conditionibus stant contradictorie in figura

negatiua

¶ Vniuersalis negatiua & particularis siue indefinita affirmatiua: cum eisdem conditionibus stant ~~contradictorie in figura~~ subalterne in figura.
¶ Vniuersalis affirmatiua & particularis siue indefinita affirmatiua cum eisdē conditionibus sub alterne stant in figura, Et particularis siue indefinita affirmatiua & particularis siue indefinita negatiua subcontrarie stant in figura.
¶ Et nota quod propositio singularis non habet locum in figura.



LEx & natura contrarium talis est, q; si una sit uera reliqua erit falsa in terminis substantialibus & in prædicatione directa, ut si hæc sit uera. Quilibet homo est animal, hæc erit falsa, nullus hō est animal. Sed in predicatione indirecta & in terminis accidētalibus possunt esse false & nunquam uere. Exemplum primi: ut omne animal est homo: & nullum animal est homo. Exemplum secundi. Quilibet hō est albus: & nullus homo est albus.

¶ Predicatio dicitur duobus modis, directa & indirecta.
¶ Predicatio directa est quando supius predicatur & inferius subiicitur, ut hō est animal. ¶ Predicatio indirecta est quando inferius predicatur & supius subiicitur: ut animal est homo. Terminus dicitur dupliciter: scilicet substantialis & accidentalis, Terminus substātialis est ille terminus q; si semel dicatur de una re requiritur quod semper dicatur de eadem re dum illa res manet; ut homo, la-

pis lignum, & hmõi, ¶ Terminus accidentalis est ille terminus qui si semel dicatur de una re requiritur quod semp dicatur de eadem re dū illa res manet, ut ambulans, currens. Et omnia nomina officioꝝ: ut cocus mancipium & hmõi.

¶ Similiter superius est illud quod significat omne illud quod suum inferius significat & plura ultra, ut animal: quia iste terminus anial est superius ad istū terminum hõ: quia anial significat omne illud quod hõ significat: & plura ultra ut hominem & leonē, &c Sed inferius est illud quod significat aliquod qđ suum superius, sed non tot nec tanta, Vt homo respectu animalis, & sic patet qđ homo est inferius ad animal

De conuersionibus.

¶ Lex & natura cõtradictoriaꝝ talis est, ꝙ si una sit uera relíqua erit falsa in omnibus terminis & in omni predicatione: ut si hæc sit uera. Omis hõ est animal, hec erit falsa, aliquod quod est homo non est animal

¶ Lex & natura subalternataꝝ talis est, ꝙ si uniuersalis sit uera, sua particularis siue indefinita erit uera, generaliter in omnibus terminis, & in omni predicatione: ut si hæc sit uera quilibet hõ est anial. hæc erit uera aligs hõ est anial, sed si ꝑticularis siue indefinita sit uera nõ requiritur ex necessitate qđ sua uniuersalis sit uera: ut si hec sit uera: aliquis hõ currit non requiritur qđ hec sit uera, quilibet homo currit. Sed in terminis substantialibus & in predicatiõe directa si particularis sit uera necesse est & sua uniuersalis sit uera, ut in his, hõ est animal quod omnis homo est animal: que est sua uniuersalis

¶ Lex & natura subcontrariaꝝ talis est, quod si una sit uera reliqua erit falsa in terminis substantialibus & in predicatione directa, ut si hec sit uera, quidã homo est anial hec erit falsa, quidam hõ non est anial. Sed in terminis accidentalibus & in predicatione indirecta põt simul esse uere: ut quoddam animal non est hõ, & quoddã animal est hõ, & quidã hõ est albus, & quidam homo non albus, Et duæ propõnes que subcontrarie stant in figura nunq̃ possunt simul esse false,

¶ Propositio hypothetica est illa que habet duas propõnes cathegoricas in se inclusas cũ aliqua nota coniũctionis uel aduerbij, Et qnq; sunt spes hypothetice, ſ. Copulatiua, Disiunctiua, Conditionalꝭ, Causalꝭ, & Tẽporalis, ¶ Copulatiua est illa que habet duas propõnes cathegoricas in se inclusas ꝑ istam notã (&) ut tu es hõ & tu es animal, & copulatiua est uera quãdo utraq; eius pars est uera: & est falsa quando eius una pars est falsa, ¶ Disiunctiua est illa que habet duas propõnes cathegoricas in se inclusas per hanc notam (uel) ut tu es hõ uel tu es asinus, & est disiũctiua uera, quãdo una pars est uera, & est falsa quando utraq; pars est falsa,

¶ Conditionalis est illa, in qua sunt due propõnes cathegorice coniũctim, ut ꝑ istam notam (si) ut si tu es hõ tu es animal. Et est conditionalis bona quando consequens formaliter intelligitur in antecedẽte, Et nota qđ antecedẽs in conditionali est illud quod immediate sequitur hãc notaꝫ (si) siue sit prior siue posterior, & reliqua propõ est consequens, ¶ Causalis est illa, in qua due propõnes cathegorice coniungũtur per hanc notã (quia) ut quia tu es homo tu es anial, & est causalis bona, quando illud quod precedit est causa illius quod subsequitur

¶ Temporalis est in qua due propõnes cathegorice couiũguntur, per istam notã (dum) uel quando, Vt dum tu curris tu moueris, Et est tpalis uera, quando ambe partes sunt uere, & hoc pro eodem instanti. Instans est unum indiuisibile in tempore quod non est tps nec pars temporis, ad quod tamen partes tpis

copulantur. ¶Nota quod propositio hypothetica non est alicuius qualitatis ne q; quantitatis.

COnuersio est transpositio terminorum; quando de subiecto fit predicatum & econtra.

¶Nota quod tripliciter dicitur conuersio, ſ. simplex, & p accidēs, & per contrapositionem.

¶Conuersio simplex est: quando de subiecto fit predicatum & econtra, manente eadem qualitate & quantitate. Et hoc modo conuertitur uniuersalis negatiua & particularis siue indefinita affirmattua, sic nullus homo est lapis: sic conuertitur: nullus lapis est homo masculus, & quidam homo est animal conuertitur, quoddam animal est homo masculus ¶Conuersio per accidens est quando de subiecto fit predicatum & econtra: manēte eadem qualitate, sed mutata q̄titate, & sic conuertitur uniuersalis affirmatiua & uniuersalis negatiua. Vniuersalis affirmatiua sic, quilibet homo est auimal: sic conuertitur aliquod anīal est homo masculus. Vniuersalis negatiua: ut nullus homo est animal: sic conuerritur, aliquod animal non est homo masculus. ¶Conuersio per contrapositionē, est quando de subiecto fit predicatum & econtra, manente eadem qualitate & quantitate: sed mutatis terminis finitis in terminos infinitos, & sic conuertitur uniuersalis affirmatiua, & particularis negatiua, uniuersalis affirmatiua sic, ut omnis homo est animal, sic conuertitur: oīe non animal est non homo. Et particularis negatiua sic. Aliquod anīal non est homo, sic conuertitur aliquod q̄ est non homo non est non anīal. Terminus finitus, est ille terminus cui non preponitur negatio, ut homo anīal & consimiles. ¶Terminus infinitus est ille cui preponitur negatio, ut non homo non animal

Simpliciter feci conuertitur: ea per acci.

Cato per contra, sic fit conuersio tota.

¶Nota quod A, in istis uersibus notat uniuersalem affirmatiuam. E, uniuersalē negatiuam, & i, particularem affirmatiuam. O, particularem siue indefinitā negatiuam, sed uidetur quod uniuersalis negatiua non habet conuerti simpliciter. Vt ista nulla domus facit hominem quia tunc sic esset conuersa, nihil quod est homo facit domum, sed sic non certe conuertitur quia si conuertens sit uera, sua conuersio erit uera, sed ~~tua~~ conuertens est uera & sua conuersio falsa: ergo non debet sic conuerti. Ad hoc dicendum est quod si fuerit aliqua propositio enunciata cum uerbo adiectiuo de presenti, de preterito uel futuro, uel quicunq; obliquus modus sequitur ꝟbum principale ita quod illa propositio non potest habere rectam conuersionem, tunc principale uerbum debet mutare in participium eiusdem temporis, & in hoc uerbum Sum es est, & tunc patebit recta conuersio, ut nulla domus facit hominem sic conuertitur, nullum faciēs hominem est domus. Similiter ista, nullus murus est in lapide, sic conuertitur nullum ens in lapide est murus. De preterito sic, nullus puer fuit senex, sic conuertitur, nullus preteritus senex est uel fuit puer. Eodem modo de futuro, ut nulla corrupta erit uirgo: sic conuertitur, nullum futur[illegible] uirgo *est uel erit corrupta.*

De equipollentijs

EQuipollentia est equiualentia duarum propositionum ad inuicem coniunctarum, ita quod tantum ualet una quantum & reliqua.

Versus

Pre contradic post contrar, pre post; subalter

¶Iste uersus sic exponitur. Pre contradic, hoc est quando negatio preponitur signo & subiecto propositionis tunc facit propositionem equipollere illi propositioni que ante aduentum illius negationis fuit eius contradictoriū. Vt non quilibet homo currit, equipollet huic quidam homo non currit

¶Post contrar) hoc est quādo negatio postponitur signo subiecto alicuius propositionis, tunc facit equipollere illi propositioni que ante aduētum illius negationis fuit suum coutrarium. Vt quilibet homo non currit equipollet huic, nullus homo currit

¶Pre post subalter, hoc est quando negatio preponitur & postponitur signo & subiecto tunc facit illam equipollere illi que ante aduentum illarum negationum fuit suum subalternans. Vt non omnis homo currit equipollet huic aliquod quod est homo currit

¶Nota q propositiones equipollentes sunt eiusdem qualitatis & quantitatis, cum propositionibus quibus equipollent

De propositionibus modalibus.

PRoposition um alia modalis, alia de ineſſe.

¶Propositio modalis est illa in qua predicatum ineſt subiecto cū modo modali, ut possibile est hominem currere, huius propositionis predicatum est ly currens & subiectum ly homo, equiualet ista propositio huic possibiliter homo currit, & hec est impossibile est hominem esse asinum equipalet huic impossibiliter homo est asinus, sic in his patet quod predicatum dicitur de subiecto cum modo modali precedente subiectum, & sic dicendum est de omnibus modalibus.

¶Propositio de ineſſe est illa in qua predicatum ineſt subiecto sine modo modali, ut homo currit, ¶Et sciendum quod quatuor sunt termini facientes propositionem modalem, scilicet possibile, impossibile, contingens, & necessarium cū eorū aduerbijs, scilicet possibiliter, impossibiliter, contingenter, & necessarie.

¶Et notandum est q est differentia inter propositionem necessariam, & propositionem de necessario, Propositio necessaria est illa que est uera & non potest esse falsa, ut deus est. Propositio de necessario est illa in qua ponitur iste terminus necesse necessarium uel de uecessario, ut de necessario celum mouetur. ¶Necessarium dicitur duobus modis, scilicet per se & per accidēs. Necessarium per se est illud quod est uerum & non potest, nec potuit, nec poterit esse falsum, ut deus est. Necessarium per accidēs est illud quod est uerum, & non potest, nec poterit esse falsum, potuit tamen fuisse falsum, ut ista, ego fui natus. ¶Impossibile dicitur duobus modis, per se & per accidens, impossibile per se est illud quod est falsum & non potest, nec potuit, nec poterit esse uerum, ut homo est asinus uel nullus deus est. ¶Impossibile per accidēs est illud quod est falsum & non potest nec poterit esse uerum, potuit tamen fuisse uerum, ut ista, ego non fui natus

¶Possibile dicitur tripliciter, scilicet cum re & cum actu, cum re & ante actum & ante rem & ante actum. Possibile cum re & cum actu ut ego sedeo, si actualiter sedeam, cum re & ante actum, ut ego canescam in senectute Ante rē & ante actum, ut antichristus predicat

¶Similiter contingens dicitur duobus modis, scilicet contingens natum, & cōtingens ad utrumlibet. Contingens natū est illud quod euenit alicui ex natura,

ut hominem canescere in senectute sua, Cōtingens ad utrumlibet est cuius utra ꝑs potest indifferenter esse uera uel falsa, ut homo currit

¶ Nota quod propōnes modales habent conuerti: eodem mō sicut propōnes de inesse ratione sui dicti exceptis propōibus de cōtingenti ad utrumlibet que conuertuntur ꝑ oppositas qualitates, ut si una sit affirmatiua altera erit negatiua ut contingit hominem currere, sic cōuertitur contingit hominem non currere. Exemplum de alijs propōnibus modalibus, ut contingit hominem esse animal, sic conuertitur: contingit animal esse hoīem,

Notandum quod in modalibus propōnibus aliqua est uniuersalis ratione sui dicti, aliqua particularis ratione sui dicti, aliqua indefinita ratione dicti, & aliqua singularis ratione dicti. Etiam in modalibus propositionibus ratione signi modalis, aliqua uocatur uniuersalis, aliqua particularis

Propositio uniuersalis modalis ratione dicti est, quādo terminus cōis determinatur signo uniuersali & cū mō modali, ut possibile est oēm hoīem currere, ¶ Particularis modalis ratione dicti est quando terminus cōis determinatur signo particulari & cū modo modali, ut possibile est aliquem hoīem currere, ¶ Indefinita modalis ratione dicti est illa in qua subijcitur terminus communis sine signo & cū modo modali: ut possibile est hoīem currere, ¶ Singularis modalis ratione dicti est quando subijcitur terminus discretus uel pronomē demonstratiuū cum modo modali, ut possibile est te currere. Vniuersalis modalis affirmatiua ratione signi uel modi est illa in qua ponitur ille terminus necesse necessarium uel de necessario,

¶ De propositionibus modalibus,

¶ Vniuersalis modalis negatiua ratione signi uel modi est illa in qua ponitur ille terminus impossibile. Particularis modalis affirmatia est illa in qua ponitur ille terminus possibile uel contingens, Particularis modalis negatiua est illa in in qua ponitur ille terminus possibile non uel contingens non, Propositio modalis affirmatiua rōne signi est quādo modus affirmatur, Et negatiua est quando modus negatur, Propositio modalis ratione dicti affirmatiua est quando dictum affirmatur, Et negatiua, quando dictum negatur, Ista figura prefertur tribus modis, Primo in dictis tantum, Secundo in modis tantum, Tertio tā in modis q̄ in dictis, Exemplum primi: ut necessarium est quemlibet hominē esse: necessarium est nullum hominem esse: necessarium est aliquem hominem esse: & necessarium est aliquē hominē non esse, Exemplum secundi: necessariuꝫ est quemlibet hominem esse, impossibile est quemlibet hominē esse, possibile est quemlibet hominem esse: ~~possibile est quemlibet homiem esse~~, possibile non est quemlibet hominem esse, Exempli tertij: necessarium est omnem hominem esse animal, impossibile est nullum hominem esse animal, possibile est aliquem hominem esse animal, contingit aliquem hominem non esse animal & sic de similibus,



Argumentū

VT dicit boetius Argumentum eſt ratio rei dubie faciens fidem & certitudinem de re dubia. ¶Et ſciendum quod quattuor ſunt ſpecies argumenti.ſ.enthymema,exemplum inductio,& ſyllogiſmus. Enthymema eſt curtatus ſyllogiſmus habens unicā premiſſam &unicā cōclu ſionē:ut uos eſtis hō.ergo uos eſtis aīal. Exemplū eſt qñ unūſimile probatur p aliud ſimile,ut ſicut ſe hȝ mgr̄ in ſcolis circa ſuos ſcolares,ſic ſe hȝrector i naui circa ſuos ſubditos. Inductio eſt qñ uniuerſale probatur p ſua ſingularia:ut ille hō currit:& ille & illa:& ſic de ſingulis.ergo oīs hō currit. ¶Syllogiſmus eſt oratio in qua quibuſdam poſitis & conceſſis neceſſe eſt ad aliud euenire per ea q̄ poſita ſunt & conceſſa:ut omnis homo currit: ille eſt homo.ergo ille currit.

Termin

De modis

¶Sciendum q̄ omnis ſillogiſmus cōſtat ex tribus terminis,ſ.ex maiore extremitate,ex minore extremitate,& ex medio termino. Maior extremitas eſt ille terminus qui ſumitur in maiori cum medio termino, hoc eſt in prima propōne cum medio termino. Minor extremitas eſt ille terminus qui ſumitur in minori propōne,hoc eſt in ſecunda propōe cū medio termino. Medius terminus eſt ille qui ſumitur bis ante concluſionem & nō ingreditur illam.ut omnis hō eſt riſibilis,omne animal rōnale eſt homo:ergo omne ania rationale eſt riſibile, uel ſic,omne aīal rationale eſt riſibile, omnis homo eſt

De modis.

animal rationale: ergo oīs hō est risibilis, in hoc secundo syllogismo ly aīal rationale est medius terminus, ly risibile est maior extremitas, ly homo est minor extremitas. ¶ Figura est debita dispositio terminorū. Et modus est debita dispositio propositionum,

¶ Et nota quod tres sunt figure, s. prima, secūda, & tertia. In prima figura medius terminus erit subiectum in maiori: & predicatū in minori. In secunda figura medius terminus erit bis predicatum: hoc est semel in maiori: & semel in minori. In tertia figura medius terminus erit bis subiectum semel in maiori, & semel in minori.

¶ Subpre prima: bis pre secunda; tertia bis sub.

¶ Et nota q̄ nouendecim sunt modi: scilicet nouem in prima figura, & quatuor in secunda, & in tertia sex.

Prima nouem; secunda tetras: & tertia bis tres.

¶ Nota quod duplex est conclusio. s. directa & indirecta. Conclusio directa ē quādo maior extremitas predicatur de minore extremitate. Conclusio indirecta est quando minor extremitas predicatur de maiore extremitate.

Predico maiorem dum sit conclusio recta.
Est indirecta dum predicat ipsam minorem.

¶ Insuper nota quod omnes modi cōcludunt directe exceptis quinq; ultimis prime figure que patent in uersibus sequentibus.

Omnes directe concludunt excipe quinq;.
Nomina quorum bara, ce, da, fa. frisesomorum.

¶ Et notandum est q̄ in uersibus sequentibus continentur omnes modi in quibus fiunt syllogismi, & tot sunt modi quot sunt dictiones. & in omni dictione per a intelligitur uniuersalis affirmatiua. per e uniuersalis negatiua. per i particularis affirmatiua per o. particularis negatiua.

Barbara, celarent, darīj ferio, baralipton.
Celantes, dabitis, fapesmo, frisesomorum.
Cesare, campestres, festino, baroco, darapti.
Felapton, disamis, datisi, bocardo, ferison.

¶ Et notandum est q̄ si omnes propositiones sunt negatiue, uel si omnes propositiones sunt particulares nunquam erit bonus syllogismus, neq; in hypotheticis exclusiuis nec exceptiuis.

Syllogisari non est ex particulari.
Neq; negatiuis: recte concludere si uis.

¶ Et sciendum, quod omnis syllogismus tā secunde quā tertie figure pōt reduci in quatuor primos modos: quia omnis modus incipiens per b, potest reduci in barba. & per c, in celarent. per d, in darīj, & per f, in ferison. Versus. S simplex p per ac. m. transpos. c facit impos. Sic exponitur ille uersus S, notat simplicē conuersionem: quando uocalis precedit aliam: tūc propositio debet conuerti simpliciter. Et quando uocalis precedit p. tunc propositio debet conuerti per accidens. M notat transpositionem: ut patet in fabesmo. & fiat ille syllogismus oīs homo est animal: nullus lapis est homo, ergo, quoddam aīal non est animal. & conclusio erit indirecta.

Maior debet conuerti p accidens quia a precedit p, sic ergo quoddam animal non est homo. & minor debet conuerti simpliciter, quia illa uocalis e, precedit S, sic ergo nullus homo est lapis. Et propositiones debent transponi, quia illa lra

m,eſt in fapeſmo fiat ergo ſic ſyllogiſmus .Nullus homo eſt lapis: quoddam animal eſt homo: ergo quoddam animal non eſt lapis. Et ſic reducitur in ferio ſimpliciter patet de aliis duobus modis quia debent reduci per impoſſibile.ſcl licet baroco & bacardo. ¶Et eſt reducere per ipoſſibile ſumere oppoſituz conclusionis & uide ſi maior eſt uniuerſalis:uel minor: ſi maior debes ponere oppoſitum concluſionis loco minoris: & oppoſitum minoris loco concluſionis: Si minor debes ponere oppoſitum concluſionis loco minoris: Fiat ergo ſyllogiſmus in baroco ſic. Omnis homo eſt animal. quidam lapis non eſt animal ergo quidam lapis non eſt homo:oppoſitum cancluſionis eſt. omnis lapis eſt homo. oppoſitum minoris eſt: omnis lapis eſt animal, reducatur ergo ſic. oñis hõ eſt aïal:omnis lapis eſt homo.ergo omnis lapis eſt animal.Et ſic debet bocardo reduci in barbara.uel ſic exponatur predictus uerſus.S, ſimplex.hoc eſt quandoS.ſequitur uocalem:tunc propoſitio facta per illã uocalẽ debet cõuerti ſimpliciter ut patet in Celantes.p,per ac.hoc eſt quando p,ſequitur uocalem: tunc propoſitio facta per illam uocalem debet conuerti per accidens.ut patet ī baralipton.m tranſpoſ.hoc ẽ quando hec litera ponitur in aliquo modo ſiue in prima ſillaba, ſiue ſecunda, uel tertia, ſiue quarta.ſemper cauſat tranſpoſitionem: propoſitionum,ut patet in fapeſmo.C.facit impoſ.hoc eſt quãdo C. habetur in aliquo modo oportet ſumere oppoſitum cõcluſionis. Etſi maior ſit uninerſalis ut in baroco tunc ponatur oppoſitum concluſionis in loco minoris, & oppoſitū minoris in loco cõcluſionis Etſi minor ſit uniuerſalis ut i bocardo, tũc ponitur oppoſitum concluſionis in loco minoris,& oppoſitum maioris in loco concluſionis,ut patet ſupra,

COnſequentia eſt quoddam aggregatum ex antecedente & conſequente cum nota conſequentie uel conſequentia eſt quedam ſequela inter accidens & conſequens cum nota cõſequentie. ¶Et note conſequentie ſunt iſte,ergo,ideo, igitur,ſi,quia. ¶Antecedens eſt illud quod immediate precedit notã cõſequentie. Et conſequens eſt illud quod immediate ſequitur notam conſequentie,niſi.in conditionali& cauſali quia in illis propoſitio que inmediate ſequitur ſi, uel quia,uocatur antecedens & altera uocatur cõſequens. ¶Item cõſequẽtia dicitur cuobusmodis ſcilicet bona, & non bona. ¶Conſequentia bona dicitur duobus modis ſcz bona & formalis,& bona materialis. ¶Conſequentia bona & materialis dicitur tripliciter. Vnomõ quãdo antecedens eſt impoſſibile, & cõſequens ſibi impertinens. ut hõ eſt aſinus ergo baculus ſtat in angulo.Alio mõ quãdo conſequẽs eſt neceſſariũ, & ãtecedẽs ſibi ipertinẽs,ut uos curritis,ergo deus eſt. Tertio mõ quando tenet gratia terminoꝝ. hoc eſt quãdo tenet in uno & nõ oñi ſimili. ut omnis ſol lucet.ergo ille ſol lucet.uel ſic, uos non eſtis ille homo demonſtrãdo uos ergo uos non eſtis homo.

Ad cognoſcẽdum que conſequentie ſunt bone &formales dantur regule generales, quarum prima eſt. Quelibet cõſeçuentia eſt bona & formalis,quando cõſequẽs formaliter intelligitur in anteçedẽte,ut homo currit.ergo animal currit. ¶Alia regula eſt iſta. quelibet conſequentia eſt bona & formalis quando ex oppoſito conſequentis ſequitur oppoſitum antecedentis, & hoc formaliter. ut ex oppoſito iſtius animal currit, ſequitur oppoſitum iſtius, homo currit, quia ſequitur nullum animal currit,ergo nihil quod eſt homo currit,

¶Alia regula est. Quelibet consequentia est bona & formalis, quando oppositum consequens formaliter repugnat antecedenti, ut ista consequentia est bona & formalis. Homo currit, ergo animal currit, qa oppositū cōsequentis scilicet, nullum animal currit, repugnat huic antecedenti, homo currit. ¶Et dicuntur propōnes repugnare quando non possunt simul stare in ueritate. Vel quando ex oppositō unius sequitur oppositum alterius

¶Alia regula est ista. in omni consequentia bona & formali. Quicquid antecedit ad antecedens, antecedit ad cōsequens, ut homo currit, ergo animal currit, quia quicquid antecedit ad hoc antecedens homo currit antecedit ad hoc consequens animal currit, quia sequitur homo albus currit ergo animal currit. ¶Item in omni bona consequentia & formali: quicquid sequitur ad consequens sequitur ad antecedens, ut homo currit, ergo animal currit, quicquid sequitur ad hoc consequens animal currit: sequitur ad hoc antecedēs homo currit, ergo sequitur homo currit, ergo corpus currit.

¶Alia regula est ista, si in nullo casu possibili posito antecedēs potest esse uerum & consequens falsum, illa consequentia est bona: ut ille hō currit. Item si in aliquo casu possibili posito antecedens potest esse uerū & consequens falsum, illa consequentia nō ualet, ut uos mouemini ergo uos curritis.

¶Alia regula est ista, arguēdo a primo ad ultimum ubi omnes consequentie intermedie sunt bone & formales: & non uariate est consequētia bona, & arguitur a primo ad ultimum quando illud quod est cōsequens unius consequentie est antecedens alterius consequentie: & non maius neq; minus: & sic generaliter quousq; deueniatur ad ultimum cōsequens: & tunc ex primo antecedente, & ultimo consequente est consequentia bona, ut homo currit: ergo animal currit: animal currit, ergo corpus currit, corpus currit, ergo substantia currit substantia currit, ergo res currit, res currit, ergo ens currit, & sic a primo ad ultimum homo currit, ergo ens currit. ¶Cōtra istam regulam arguitur sic, Si illa regula esset uera ista consequentia esset bona scilicet nullum tps est, ergo aliquod tempus est, quia potest argumentari a primo ad ultimum cōsequens ꝯs inter medijs sic, nullum tempus est ergo dies non est, & aliquod tempus est, ergo nox est, nox est, ergo aliquod tempus est, & a primo ad ultimum nullum tempus est, ergo aliquod tēpus est, & qꝫ ista consequentia non ualet probatur, quia arguitur ab uno contradictorio ad reliquum. Ideo dicendum est qđ ista consequentia non ualet: nec hic arguitur per regulam, quia cōsequentie sunt uariate, quia plus additur in antecedente secunde consequentie in consequente prioris consequentie

¶Alia regula est ista, quando arguitur ab uniuersali ad suā particularem, siue indiffinitam, siue subalternantem affirmatiue siue negatiue est consequentia bona, ut qlibet homo currit, ergo aliquis homo currit, nullus homo currit. ¶Alia regula est ista, ab uniuersali affirmatiua ad suam singularē affirmatiuam cum debito medio est cōsequentia bona, ut omnis homo currit, ille est homo, ergo ille homo currit, sed sine debito medio non ualet consequentia, quia non sequitur, quilibet homo currit: ergo ille homo currit quodcunq; demonstratur, sed aliquando tenet gratia terminoꝝ: ut in terminis significan

tibus res incorruptibiles. ut omnis sol lucet, ergo iste sol lucet. Et aliquando in nominibus partitiuis, ut uterq; istorū currit, ergo iste istorum currit, & quādo antecedens est impossibile, ut omnis homo est lapis, ergo iste homo est lapis. Alia regula est ista. A particulari ad suam indefinitam est cōsequentia bona & econtra, ut aliquis homo currit, ergo homo masculus currit, homo currit, ergo aliquid quod est homo currit. ¶ Alia regula est ista, ab uniuersali negatiua ad suam singularem negatiuam est consequentia bona, ut nullus homo currit, ergo iste homo non currit. ¶ Alia regula. In omni consequentia bona & formali si antecedens sit uerum consequens erit uerum, quia ex ueris nihil sequitur nisi uerum, & si antecedens sit falsum non sequitur quod consequēs erit falsum. Vnde. Ex falsis uerum, ex ueris nil nisi uerum. ¶ Alia regula est ista, ex impossibile sequitur quodlibet, ut uos estis azinus, ergo uos curritis.

¶ Item necessarium sequitur ad quodlibet ut uos curritis, ergo deus est ¶ Alia regula est ista. Ex contingenti nunq̄ sequitur impossibile, ut homo currit ergo nullus deus est.

¶ Item ex necessario nunq̄ sequitur contingens, ut ista consequētia non ualet: deus est, ergo uos curritis. ¶ Alia regula est ista, quando arguitur ab inferiori ad suum superius cum negatione postposita & cū debito medio est consequentia bona, ut homo non currit. & homo est animal: ergo animal non currit.

¶ Notandum quod inferius dicitur duobus modis, s. inferius per se, & inferius per accidens. Inferius per se est ut iste terminus homo, ad istū terminum animal, & animal ad corpus & corpus ad substantiam. Inferius per accidens est quilibet terminus qui cum addito sumitur respectu alterius termini: ut iste terminus homo albus est inferius ad istum terminum homo propter hanc regulam, Omne se habens per modum appōnis uel additionis respectu alterius est inferius eo. Ex hoc notādo sequitur hec regula. ¶ Quando arguitur ab inferiori ad suum superius sine negatione, sine distributione: & sine aliqua dictione habente uim negationis uel distributionis est cōsequentia bona, tam per se quam per accidens, per se ut homo currit, ergo animal currit: per accidēs, homo albus currit: ergo homo currit.

¶ Et notandum quod tripliciter cōtingit arguere ab inferiore ad suum superius a parte subiecti, a parte predicati & a parte utriusq;. ¶ A parte subiecti quando subiectum in antecedente est inferius ad subiectum in consequente ut homo currit, ergo animal currit. ¶ A parte predicati quando predicatum in antecedente est inferius ad predicatum in consequente, ut hō currit ergo homo mouetur. ¶ A parte utriusq; quando subiectum & predicatum in antecedente sunt inferius ad subiectum & predicatum in consequente, ut hō currit, ergo animal mouetur

¶ Nota quinq; modis fallit hec regula. Arguēdo ab inferiori ad suum superius. ¶ Primo modo quando arguitur ab inferiori ad suum superius a parte subiecti cū negatione preposita, ut nullus homo currit, ergo nullū animal currit. ¶ Secundo modo quando arguitur ab inferiori ad suum superius a parte predicati dictione exclusiua addita subiectis. ut tantum homo currit, ergo tantum homo mouetur. ¶ Tertio modo quando arguitur cum nota alietatis uel differentie preposita, ut homo est aliud ab asino, ergo homo est aliud ab

animali. ¶Quarto modo quãdo arguitur cũ distributione uel cum aliqua dictione habente uim negationis uel distributionis, ut omnis homo currit. ergo omne animal currit ¶Quinto modo quando arguitur ab inferiori ad suũ superius cum aliqua istarũ dictionũ quã uel sicut cum cõparatiuo uel superlatiuo gradu, tunc non ualet consequentia, ut uos estis ita fortis sicut ille homo, ergo uos estis fortis sicut homo, uos estis fortior isto homine, ergo uos estis fortior homine. Vos estis fortissimus istorũ hominum, ergo uos estis fortissimus hominũ. Sed quando arguitur a superiore ad suum inferius cũ aliqua istarum dictionũ, tũc est consequentia bona. ut uos estis ita fortis sicut homo, ergo uos estis ita fortis sicut ille hõ. ut uoa estis fortissimus hominũ, ergo uos estis fortissimus istorũ hoim. ¶Alia regula est ista: arguendo a superiori ad suum inferius sine negatiõe, sine distributiõe, uel aliqua dictione habente uim negatiõis uel distributione, non ualet cõsequẽtia de forma. ut aial currit, ergo hõ currit, licet aliquãdo tenet de materia, ut aial ridet, ergo homo ridet.

¶Alia regula est ista. In oi cõsequentia bona & formali quãdo arguitur ab inferiori ad suũ superius distributo consequẽte sequitur ãtecedẽs distributũ si cõsequẽs sit distribuibile & ãtecedẽs similiter, ut homo currit, ergo aial currit, ideo sequitur oẽ aial currit, ergo oĩs homo currit, ¶Sed contra istã regulã arguitur sic ista consequẽtia est bona, hõ currit, ergo homo mouetur & tamẽ nõ sequitur: oĩs homo mouetur, ergo oĩs homo currit, ergo regula non ualet. ¶Huic dicitur ꝙ quãuis non tenet a ꝓte predicati in affirmatiuis, tamẽ tenet in negatiuis ut nullus hõ mouetur, ergo nullus homo currit, Similiter arguendo a superiori ad suũ iferius in terminis accidentalibus sine debito medio: cũ distributione affirmatiua prepo sita non ualet cõsequẽtia de forma: ut oẽ coloratũ est, ergo omne album est sed cum debito medio est consequentia bona, ut omne coloratum est, omne album est coloratum: ergo omne album est.

¶Alia regula, ab actiua ad passiuam est consequẽtia bona & econtra, ut ego amo uos, ergo uos amamini a me, & uos amamini a me ergo, &c

SEquitur de dictionibus exclusiuis & sunt iste tantum, & tãtũmodo: solum, & solũmodo, precise, & dũtaxat. Et quelibet propositio in qua ponitur aliqua istarum a parte subiecti debet exponi per suas exponentes: siue sit affirmatiua siue negatiua, quarũ prima erit eius preiacens. Secũda erit uniuersalis de subiecto & qualitate oppositis, subiecto & qualitati ꝑiacentis. Exemplũ: ut tantũ homo currit: sic exponitur, homo currit: & nihil non hõ currit Tantũ h nõon currit: sic exponitur hõ non currit, sed quodlibꝫ nõ hõ currit, uel quodlibet aliud ab hoie currit. Prĩa regula est hec ab exclusiua ad suũ preiacẽs est cõsequẽtia bona, sed non econtra, ut tantum homo currit ergo homo currit, Et preiacens exclusiue est illud ꝙ remanet dempta dictione exclusiua ut homo currit. est preiacens istius homo currit

¶Alia regula est illa. Ab exclusiua affirmatiua & non negatiua ad suum uniuersale in terminis transpositis, ĩ terminis rectis in singulari numero cum uerbo de presenti, & nõ ampliatiuo, est consequẽtia bona, ut tãtũ hõ currit, ergo omne currẽs est hõ, & econtra, omne est currẽs, homo ergo tãtũ hõ

currit. Verba ampliatiua ſunt iſta. incipit, deſinit, poteſt, & appareat & oīa uerba de preterito & futuro que poſſunt predicare de re exiſtente & nō exiſtē te. ut homo non exiſtēs poteſt eſſe rome. Similiter antichriſtus poteſt eſſequi nondum eſt: ſed in obliquis & in hypotheticis. nō ualet cōſequētia. ut cuiuſli bet hois aſinus currit: ergo tātū currēs eſt hois aſinus: quia antecedēs pōt eſſe uerū, & cōſequēs falſum poſito ꝙ quilibet homo habeat duos aſinos, unū cur rentē & alterū iacentē iam antecedens eſt uerū & conſequēs falſum

¶ Alia regula eſt iſta. Ab una exponente excluſiue ad excluſi uam non ualet conſequentia, ut homo currit ergo tantum homo currit. ¶ A lia regula eſt iſta. ab excluſiua ad unam eius exponentem eſt conſsquentia bo na. ut tātum homo currit ergo nihil aliud ab homine currit.

¶ Et notandum quod oppoſitum excluſiue debet dari per ne gationem prepoſitam toti. ut tantum homo currit. oppoſitū huius eſt hoc. nō tātū homo currit: ꝙ debet probari per duas cauſas ueritatis que debent dari p unā diſiunctiuā factam ex oppoſitis partium exponentiū excluſiue affirmati ue ut non tātū homo currit. habet pro cauſis ueritatis iſtas duas propoſitiones Nihil quod eſt homo currit, uel aliquid non homo currit. Et oppoſitum exclu ſiue affirmatiue equiualet uni diſiunctiue facte ex oppoſitis partium exponē tiū excluſiue affirmatiue, ut non tantū homo currit. equiualet huic, nihil ꝙ eſt homo currit, uel homo non currit, & debet probari p illas.

¶ Item quando arguitur a propōne habente plures cauſas ue ritatis ad unā illaꝝ non ualet conſequētia. ut hic non tātū homo currit. ergo a liquid non homo currit. Vel ſic, non tātū homo currit ergo nihil ꝙ eſt homo currit, quia antecedens poteſt eē uerū & conſequēs falſum. poſito ꝙ homo & a ſinus currāt. uꝫ ponēdo ꝙ nihil currat. iā ātecedens eſt ueꝝ, ſ. ꝙ non tm̄ hō non currit: quia habet unā cauſam ueritatis uerā. & conſequēs eſt falſum: ſeꝫ nihil ꝙ eſt homo currit: quia eius oppoſitū eſt ueꝝ. ſ. aliquid ꝙ eſt hō currit

¶ Alia regula eſt iſta quādo arguitur ab una cauſa ueritatis ad propoſitionem habentē illā: tunc illa conſequentia eſt bona. Vt nihil ꝙ eſt ho mo currit. ergo non tātū homo currit. Et quādo argnit ab utraꝫ cā ueritatis ad ꝓpōnem habentem illā. tūc conſequentia illa eſt bona: & econtra. Vt nihil ꝙ eſt homo currit, uꝫ aliquid non homo currit, ergo non tātū homo currit, & econ tra non tātū homo currit, ergo nihil ꝙ ē hō currit. uꝫ aliquid nō hō currit.

¶ Alia regula eſt iſta. quando arguitur ab inferiori ad ſuum ſu periꝰ a ꝑte ſubiecti dictione excluſiua addita ſubiectis eſt conſequentia bo na, ut tātū homo currit, ergo tātū aīal currit. Sed a ꝑte predicati non ualet con ſequentia. ut tātū homo currit, ergo tātū homo mouetur, Sed aliquando tenet gratia terminorū, ut tātū uos differtis ab hoīe ergo tantū uos differtis ab aīali,

¶ Alia regula eſt iſta. quando dictio excluſiua additur dictio ni ſignificanti numeꝝ ultra numeꝝ binariū, tūc dupliciter hꝫ exponi ſ. rōne pluralitatis, & rōe alietatis. Rōe pluralitatis ſic exponitur, tātū quatuor hoīes currūt, quatuor hoīes currūt & non plures. quā quatuor hoīs currūt. Rōne ali etatis ſic exponittur. quatuor hoīes currūt & nulli alij hoīes quā quatuor

¶Alia regula est ista. Ab exclusiua affirmatiua ad suam exceptiuam negatiuam est consequentia bona, & econtra ut tantum homo currit. ergo nihil preter hominem currit. ¶Notandum quod quatuor sunt ordines exclusiui. Primus est quando dictio exclusiua pteponitur subiecto ut tantum homo currit. Secundus est, quãdo dictio exclusiua immediate sequitur subiectũ, ut homo tantum est currens. Tertius est quando dictio exclusiua postponitur principali uerbo, ut homo est tantum currens. Quartus est quãdo ponitur inter partes predicati, ut tu es uidens tantum hominem. ¶Et notandũ quod secundum aliam & aliam situationem dictionis exclusiue in propõne exclusiua propositio debet aliter & aliter exponi exemplum. Aliquãdo enim precidit totalitet in propõne Vt tantum uides hominem. Et sic exponitur. Tu uides hominem & nihil non tu uides hominem. Aliquando immediate preponitur uerbo, ut tu tantũ uides hoĩem, sic exponitur. Tu uides hoĩem & nihil aliud facis quam uides hominem. Aliquando preponitur totaliter predicato, ut tu es tantum uidens hominem, sic exponitur. Tu es uidens hominem & non es aliud q̃ uidens hominẽ. Aliquando ponitur inter partes predicati, ut tu es uidens tantum hoĩem & tũc sic habet exponi tu uides hominem, & non uides aliud quã hominem. Et eodem modo exponitur illa, hic tantum hoĩem uides. ¶Item tu es similis solum sorti, sic exponitur, tu es similis sorti, & non es similis aliq̃quã sorti, ergo tu es similis solum sorti, &c.

SEquitur de dictionibus exceptiuis. Et sunt iste, preter, preterq̃, & nisi, & his cõsimiles. Et quelibet propositio in qua ponitur aliqua istarum a parte subiecti debet exponi per duas exponẽtes, sed priusquam dicatur de eius expõnibus. ¶Nota quod pars extra capta uocatur illud quod immediate sequitur dictionem exceptiuam. Et preiacens est illud quod remanet dempta dictione exceptiua cum parte extra capta ut in ista propositione. Omnis homo preter sortem currit, ly sortes est pars extra capta & hec propõ omnis homo currit est preiacens. ¶Et notãdum, quod si exceptiua sit affirmatiua, prima eius exponens erit negatiua, cuius subiectum erit pars extra capta & predicatum & copula erunt eadem que erant exceptiue, secunda erit uniuersalis affirmatiua in qua primo sumitur signũ uniuersale affirmatiuũ cum subiecto preiacentis, cum ista dictione alius, a, ud, in eodem casu, genere & nũero, cum parte extra capta in ablatiuo casu, ut ista omnis homo preter sortem currit, sic exponitur sortes non currit: sed omnis homo alius uel alia a sorte currit, ergo omnis homo preter sortem currit. Et si exceptiua sit negatiua, prima exponens erit affirmatiua & reliqua erit illa que dabitur sicut prius, preterquam in loco signi uniuersalis affirmatiue, ponitur signum uniuersalis negatiue, ut nullus homo preter sortem currit, sic exponitur, sortes currit, sed nullius alius uel alia a sorte currit, ergo &c. Et iste exponentes tenentur generaliter in exceptiuis proprijs. ¶Pro quo notãdum est, quod nulla exceptiua dicitur propria nisi eius preiacens sit propositio uuiuersalis affirmatiua uel negatiua a qua dicitur exceptiua constituti. Vnde ista exceptiua non est propria. Aliquis homo preter sortem currit

¶Alia regula est ista. Omnis exceptiua propria repugnat suo

preiacent: ut ille repugnant, omnis homo currit, & omnis homo preter sortem currit: Nam dicuntur propositiones repugnare, quando non possunt simul stare in ueritate: uel cum ex una sequitur oppositum alterius: sicut & in propositis. ¶ Et nota q̄ ad omnem exceptiuam propōnem quatuor requiruntur: scilicet preiacens exceptiue, subiectum preiacentis, pars extra capta & illud respectu cuius fit exceptio

¶ Alia regula, ab exceptiua ad eius exponentes tam diuisim q̄ coniunctim est consequētia bona: & econtra coniunctim, ut sequitur omnis hō preter sortem currit, ergo sortes nō currit. Et similiter omnis homo preter sortem currit, ergo omnis homo alius uel alia a sorte currit. Et sic diuisim cōiunctim omnis homo preter sortem currit, ergo sortes non currit, sed omnis homo alius uel alia a sorte currit. Et sequitur econtra coniunctim. Vt sortes nō currit, sed omnis homo alius uel alia a sorte currit, ergo omnis homo preter sortem currit. ¶ Nota differentia est inter istos tres terminos, preter, preterque, & nisi. Nam preter & preterquam sumuntur indifferenter tam in affirmatiuis quam negatiuis, & nisi solum in negatiuis.

¶ Alia regula est ista, Propositio in parte uera & in parte falsa potest uerificari per exceptionem partis falsę, uel partium falsarū. Et propositio in parte uera & in parte falsa habet aliquas propōnes singulares ueras: & aliquas falsas: uel aliam ueram & aliam falsam. Vnde posito quod sortes sedeat, & omnis homo non sortes currat, tūc hec propositio omnis homo currit est in parte uera & in parte falsa, & habet uerificari per exceptionem partis falsę, scilicet sortes currit, sic omnis homo preter sortem currit. Et si sortes & plato sedeant. Et omnis homo non aliter istorū currit: tunc habet uerificari per exceptionem partium falsarum sic. Omnis homo preter alterū istorū currit, demonstrando sortem & platonem Vnde semper si exceptio fiat pro pluribus habet dari p terminum partitiuum uel cum disiunctione, ut patet in istis exceptiuis predictis.

¶ Alia regula est ista. Si exceptiua sit propria, requiritur quod pars extra capta sit inferior ad subiectum preiacentis, ut omnis homo preter sortem currit.

¶ Alia regula est ista, Si tot excipiuntur quot supponuntur: tūc exceptiua est impropria, ut patet per eius diffinitionem. Quia exceptio est extra captio partis a suo toto. Vnde ista exceptiua est impropria. Omnis homo preter hominem currit, quia tot excipiuntur quot supponuntur.

¶ Contra, ista est satis propria, nullus sol preter istum lucet. Et hic tot excipiuntur quot supponuntur ergo regula nulla. Dico quod regula predicta est satis bona: & habet intelligi quando illud quod supponitur & illud q̄ excipitur eodem modo excipitur quo supponitur, sed sic non est hic, quia unus terminus supponit discrete & alius confuse & distributiue.

Alia regula est ista. In omni exceptiua uera & affirmatiua predicatum dicitur de subiecto preiacentis & remouetur a parte extra capta, Vt omnis homo preter sortem currit currēs remouetur a sorte, & dicitur de ly homine. Sed in exceptiua negatiua predicatum dicitur a parte extra capta, & re-

mouetur a ſubiecto preiacentis: ut nullus homo preter ſortem currit: currens dicitur de parte extra capta. & remouetur a ly homine, quod eſt ſubiectum preiacentis.

¶Alia regula eſt iſta, oppoſitum exceptiue debet dari per negationem prepoſitam toti: ſicut appoſitum excluſiue & habet duas cauſas ueritatis. ¶Et nota ꝙ non eſt uerius dari appoſitum alicuius propõnis cathegorice, q̃ preponere negationem toti, uel delere eam ſi prepoſita fuerit, &c.

De copulatiuis regule

¶Prima regula eſt iſta. Si una pars copulatiue eſt falſa, tota copulatiua eſt falſa, & ſi utraq; pars copulatiue eſt uera, tota copulatiua eſt uera. ¶Alia regula eſt iſta arguendo a tota copulatiua ad alteram eius partem eſt cõſequentia bona & formalis: ut uos curritis, & uos eſtis homo, ergo uos curritis

¶Alia regula eſt. A toto copulato ad alteram eius partem eſt conſequentia bona, ut ſortes & plato currunt, ergo plato currit, niſi cum uerbis ſignificantibus diuiſionem, ut ſortes & plato trahunt lapidem, ergo plato trahit lapidem, non ualet conſequentia

¶Alia regula eſt. A pte copulatiue ad totã copulatiuam non ualet conſequentia de forma. Sed quinq; modis tenet de materia. Primo modo quando copulatiua fit ex parte inferiori & ſuperiori: tunc arguendo a pte inferiori ad totam copulatiuã eſt conſequẽtia bona, ut uos eſtis homo, ergo uos eſtis homo & uos eſtis animal. ¶Secundo modo quando copulatiua fit ex pte contingenti, & ex parte neceſſaria: tunc arguendo a parte contingenti ad totaꝫ copulatiuam eſt conſequẽtia bona ut uos curritis, ergo uos curritis, & deus eſt Tertio mõ qñ copulatiua fit ex probatione poſſibili, & ex ꝓpõe ipoſſibili tũc arguẽdo a pte copulatiue que eſt ipoſſibilis ad totã copulatiuã eſt conſequẽtia bona, ut uos eſtis aſinus, ergo uos eſtis aſinus, & uos curritis. ¶Quarto quando copulatiua fit ex partibus conuertibilibus, tunc arguendo a parte copulatiue, ad totam copulatiuam eſt conſequentia bona, ut uos eſtis hõ, ergo uos eſtis homo, & uos eſtis animal rationale. ¶Quinto quando copulatiua eſt facta ex duabus partibus quarum una non poteſt eſſe uera ſine altera: tunc arguẽdo ab illa parte copulatiue que non poteſt eſſe uera ſine altera, ad totam copulatiuam eſt conſequentia bona: ut uos ſedetis ergo uos ſedetis & uos eſtis homo.

¶Alia regula. Iſta dictio &, quãdoque tenetur copulatiue, & aliquando copulatim. Tenetur copulatiue quando copulat inter propõnes: ut uos eſtis animal, & uos eſtis ſubſtantia. Tenetur copulatim quãdo copulat inter terminum & propõnem, ut tu es animal & aſinus. ¶Item quando ille terminus &, tenetur copulatim, tunc talis propõ eſt diſtinguẽda penes ſenſum cõpoſitum & ſenſum diuiſum. Quando eſt ſenſus compoſitus, oportet ꝙ manet idem ſubiectum, ut tu es homo animal & tu es aſinus, & hec eſt falſa. Quando ſenſus diuiſus eſt, tunc oportet ꝙ manet idem predicatum, ut tu es animal & aſinus & animal, & hec eſt uera.

¶Alia regula, oppoſitum copulatiue eſt una diſiunctiua facta

ex oppositis partium copulatiue illius, ut homo currit & animal currit. Oppositum eius est hoc, nihil quod est homo currit, uel nullum animal currit.

Sequitur de disiunctiuis

¶Prima regula est hec, Si una pars disiunctiue sit uera, tota disiunctiua est uera, & si ambe partes sint false, illa disiūctiua est falsa, ut uos estis asinus uel uos estis capra. ¶Alia regula est hec: arguendo a parte disiūctiue ad totam disiunctiuam est consequentia bona: ut homo currit ergo homo currit, uel asinus sedet. Alia regula est ista, a tota disiunctiua ad alteram eius partem non ualet consequentia de forma: ut uos curritis uel uos sedetis, ergo uos curritis. Sed quinq; modis tenet gratia terminorum.

¶Primo modo quando est aliqua disiūctiua facta ex parte inferiori, & exparte superiori, tunc arguendo a tota disiunctiua ad partem supiorem est consequentia bona: ut uos estis homo uel uos estis animal, ergo uos estis animal. ¶Secundo modo quando disiunctiua sit ex parte contingenti, & ex parte necessaria, tūc arguendo a tota disiunctiua ad partem necessariam est consequentia bona: ut uos curritis, uel deus est ergo deus est. ¶Tertio modo quando disiunctiua fit ex parte impossibili, & ex parte possibili, tunc arguendo a tota disiunctiua ad partem possibilem est consequentia bona, ut uos sedetis, uel uos estis asinus, ergo uos sedetis. ¶Quarto modo quando disiunctiua est facta ex terminis conuertibilibus, tunc est consequentia bona, ut uos estis risibilis, uel uos estis hō, ergo uos estis risibilis. ¶Quinto modo quando disiunctiua fit ex duabus ptibus, quarum una non potest esse uera nisi altera sit uera: tunc arguendo a tota disiunctiua ad illam partem sine qua altera non potest esse uera est consequentia bona ut uos estis mouens, uel uos estis currens, ergo uos estis mouens.

¶Alia regula est hec, arguendo a tota disiunctiua, ad alteram eius partem cum opposito unius partis, ita q; oppositum consequentis non sumitur in minore est consequentia bona, ut uos estis homo, uel uos estis asinus, sed uos non estis homo, ergo uos estis asinus.

Item ille terminus uel potest tenere disiunctiue uel disiunctim tenetur disiunctiue quando disiungit inter propositiones: ut uos estis homo, uel uos estis animal, & tenetur disiunctim quando ponitur inter propositionem & terminum, & tunc est distinguenda penes sensum compositum & sensum diuisum. Sensus compositus est quando subiectum in prima propositione est subiectum in secunda propositione, ut S. uel P. currit. Sensus diuisus est quando predicatum in prima propositione est predicatum in secunda propositione, ut S. currit, uel P. currit.

¶Et sciendum est q; contradictorū disiunctiue est una copulatiua facta ex oppositis partium illius disiunctiue, ut uos curritis, uel uos mouemini, oppositū eius est hoc, uos non curritis & uos non mouemini.

¶De conditionalibus

¶Prima regula est hec, conditionalis dicitur bona quando consequens formaliter intelligitur in antecedēte, ut ista est bona si uos curritis uos mouemini.

De copulatiuis regule

¶Alia regula est illa, Omnis conditionalis bona conuertitur cum consequentia que est bona & est necessaria, ut ista est bona & necessaria. Si homo currit, animal currit, quia conuertitur cum hac consequētia que est bona, s. hō currit, ergo animal currit, & omnis conditionalis que non ualet conuertitur cum cō sequentia que non ualet & est impossibilis, ut hec si deus est homo est leo.

¶Alia regula est ista. Omnis conditionalis bona conuertitur cum consequentia que est bona que conuertitur cum ista consequentia deus est, ergo homo est leo que non ualet & sine termino relatiuo immediate sequente hanc conditionem si, tantum ualet sicut consequentia facta ex antecedente & consequēte eiusdem conditionalis, ut si uos curritis uos mouemini, tantū ualet ista, uos curritis ergo uos mouemini Sed si terminus relatiuus immediate sequatur si, tūc consequentie non ualet tantum sicut consequentia facta ex antecedente & consequente, ut aliqua propositio est, & si illa sit uera, tu es asinus.

¶Alia regula est ista, ad cognoscendum quando consequens formaliter intelligitur in antecedēte fiat una consequentia ex antecedente & consequente conditionalis, & si consequentia facta sit bona & formalis, tunc in conditionali consequens erat intellectum in antecedente

¶Alia regula est ista, oppositum conditionalis debet dari p negationem prepositam toti. Vt oppositum istius. Si sortes currit, Petrus currit, est hoc, non si sortes currit, P. currit: que formaliter repugnant. Et tūc illud equalet uni expletiue facte ex antecedente conditionalis & contradicto consequētis, ut illa. Non si uos estis homo uos estis animal, equiualet huic, uos estis homo, licet uos non estis animal

¶Alia regula est ista. a tota conditionali cum suo antecedente ad consequens eiusdem est consequentia bona, ut si ego sum homo ego sum animal, sed ego sum homo ergo ego sum animal

¶Alia regula est, a tota conditionali cum opposito consequētis ad oppositū antecedētis est consequētia bona, ut si curris tu sedes, sed tu nō sedes ergo tu non curris. Et nota quod antecedens in cōditionali est illud quod immediate sequitur hanc notam ff, siue sit prius siue sit posterius: prius, ut si homo currit, animal currit posterius, ut animal mouetur si homo currit.

¶Alia regula est ista, quedam est conditionalis bona & simpliciter, & quedam est conditionalis bona ut nunc. Conditionalis bona ut nūc est cuius antecedens non potest iam esse uerum, ut si uos estis Londonijs uos estis homo. Bona simpliciter est talis cuius antecedens non modo potest esse uerum nisi consequens fuerit uerum, ut si tu es homo tu es animal.

De regulis omissis

¶Prima regula est hec, subiectis & copulis existentibus eisdem & predicatis uariatis secundum sub & supra, sine negatione, sine distributione & sine aliqua dictione habent enim negationis uel distributionis est consequētia bona Sub, idem est quod inferius. Supra idem est quod superius. Vnde ista consequentia est bona Sortes fuit albus heri, ergo sortes fuit albus, quia iste terminus albus heri est inferius ad istum terminum albus, per regulam omne se habens per modum oppositionis, &c

¶Alia regula,ubi in aliqua consequentia sunt plures premisse, si ex opposito consequentis cum altera premissarum sequitur oppositum alteri us premisse,tunc est consequentia bona. Vt omnis homo currit.tu es homo er go tu curris, quia ex opposito consequentis cum minore sequitur oppositum maioris,quia sequtur tu non curris & tu es homo, ergo aliquid quod est homo non currit.Similiter ex opposito consequentis cum maiore sequitur oppositus minoris: quia sequitur tu non curris, & omnis homo currit, ergo tu non es homo

¶Alia regula est, quando subiecta aliquarum propositionum sunt eadem uel conuertibilia,& copule sunt eedem,& predicato conuertūtur, & propositiones sunt eiusdem qualitatis &quantitatis,& termini precise pro eisdem supponūt,est consequentia bona, tanquam ab uno conuertibili ad reliquum ut ista consequētia est bona.Sortes est homo,ergo sortes est animal rationale & mortale,Sed ista consequentia non ualet,Quilibet homo est masculus,ergo omnis homo est masculus, quia termini precise pro eisdem non supponunt.Nota quod termini dicuntur conuertibiles quando mutuo se inferunt respectu cuiuscuucz uerbi

¶Alia regula est De qualibet re singulari in mundo dicitur alterum contradictoriorz incomplexorz & de nulla re dicuntur,ambo quia nulla res est in mundo que simul est homo & non homo,Contradictoria cōplexe sunt propositiones contradicentes,ut quidam homo currit,& nullus homo currit,Et contradictoria incomplexa sunt termini contradicentes, ut homo non homo Vnde de qualibet re in mundo dicitur unum istorum incomplexorum & de nulla re dicuntur ambo,scilicet homo & non homo;qa omnis res in mūdo aut est homo aut non homo.Et de nulla re dicūtur ambo:quia nulla res est in mundo que simul est homo & non homo

¶Alia regula est ista, In omni consequentia bona & formali, quando arguitur ab inferiori ad suum superius, tunc ad alietatem consequentis sequitur alietas antecedētis,ut homo currit,ergo animal currit, unde bene sequitur.aliud ab animali currit. ergo aliud ab homine currit. ¶ Sed contra istam regulā arguitur sic.Ista consequentia est bona. homo nō est hō ergo homo est aīal & tamē non seqitur econtra aliud ab hoīe est aīal: ergo aliud ab homine est homo.¶ad hoc dicendum est.quod ille terminus aliud in antecedē te debet īmediate precedere terminum inferiorem & superiorem:sed sic nō est inpropositō..ideo non arguitur secundum regulam.

¶ Alia regula est ista , ad quācuncz propōnem uerā sequitur suum dictum fore uerū. omne enim dictum propōnis debet dari uertendo nominatuū in accusatiuum & uerbum indicatiuū in uerbū infinitiuum uel ponēdo istam cōiunctionem quā. toti. Vnde sequitur deus est est uerum.ergo deum esse est uerum uel cp deus est.est uerum,

¶ Alia regula est.in singularibus nō refert proponere uel postponere negationem ad dandum contradictoriū. Vt sortes currit. contradictorium eius est hec, non sortes currit. uel sorres non currit.

¶ Alia regula est. illa Ab affirmatiua de predicato infinito ad

ad negatiuam de predicato finito est consequentia bona, ut uos estis non asinus ¶Sed ista regula habet intelligi in terminis rectis cū uerbo de presenti amplia tiuo cum uerbo substantiuo & non adiectiuo: ut segtur formaliter tu es nō homo. Sed non tenet in uerbis adiectiuis, ut tu amas non hominem, ergo tu non amas hominem. Exemplum de preterito, ut tu fuisti non iustus, ergo tu non fuisti iustus, quia antecedens potest esse uerum & consequens falsum, posito ꝙ in aliquo tempore fuisti iustus, & in aliquo tpe non, tunc antecedens est uerum et consequens falsum ꝙ non fuisti iustus, quia equiualet huic, in nullo tempe ante hoc fuisti iustus. Nec cum uerbo de futuro propter eandem rationem: Exemplum in terminis relatiuis. Vt non sequitur. Sortes est non pater, ergo sortes nō est pater.

¶Alia regula est ista. A negatiua de predicato finito ad affirmatiuam de predicato infinito cum constantia subiecti est consequentia bona. Vt tu non es albus, & tu es, ergo tu es non albus. In plurali numero non ualet, nec in obliquis ut in ista domo tu non es homo, & tu es, ergo in illa domo tu es non homo.

¶Alia regula est ab affirmatiua de predicato priuato ad negatiuam de predicato finito est consequentia bona. Vt tu es iniustus, ergo tu non es iustus.

¶Alia regula. Nomina & uerba transposita idem significant. Vt homo est animal: ergo animal est homo. ¶Sed contra istam regulam arguitur sic. Si illa sit uera, sequitur ꝙ ista consequentia est bona. Omnis homo est animal, ergo omne animal est homo, & tamen consequens est falsum, ergo &c ¶Huic dicitur ꝙ quamuis dicti eandem rem significat in una propositione sicut in alia, non tamen propōnes eodem modo significant, quia in trāsmutatione terminoꝝ multum uariantur significationes propositionum

¶Alia regula est a diuisis ad coniuncta raro tenet consequentia, ut tu es bonus, & tu es carpentarius, ergo tu es bonus carpentarius.

¶Alia regula est ista. Omnis propō uera de preterito non est uniuersalis de simplici subiecto & de simplici predicato, cuius ueritas non dependet a futuro, est necessaria, ut tu fuisti.

¶Alia regula est ista. Omnis propō uera de preterito relinquit unam ueram de presenti. Vt si hec sit uera, tu sedisti, aliquando erat uerum dicere tu sedes. Eodem modo de futuro, ut si hec sit uera, tu sedebis, aliquando erit uerum dicere tu sedes..

¶Alia regula. Quādo arguitur ab inferiori ad superius a parte predicati cum hoc ῡbo incipit uel desinit preposito, non ualet consequentia, sed aliquando tenet gratia terminoꝝ in substātialibus, ut sortes incipit esse homo, ergo sortes incipit esse animal. Sed non sequitur, uos incipitis uidere hominem, ergo uos incipitis uidere animal, quia hoc predicatum incipiens uidere animal est terminus accidentalis, & similiter incipiens uidere hominē. Sed ab inferiori ad suum supius a parte subiecti cum hoc ῡbo incipit uel desinit postposito, est consequentia bona, ut hō incipit currere, ergo anial incipit currere

¶ Alia regula eſt iſta. In neceſſarijs non refert annuntiare uniuerſaliter. Vt homo eſt animal, ergo omnis homo eſt animal. Et econtra, omnis homo eſt animal, ergo homo eſt animal.

De ſuppoſitionibus

QVoniam ignorantes ſuppoſitiões terminorum ueritates propoſitionum latent. Ideo circa ſuppoſitiones plura oportet ſcire, Primo quid ſit ſuppoſitio. Secundo qui termini ſupponunt, & qui non. Tertio ubi ſupponunt & ubi non. Et ſciendum eſt q̃ nullus terminus extra orationem poteſt ſupponere ſed ſolum in oratiõe, ut ille terminus homo extra orationem non ſupponit, ſed ſolum in oratiõe, ut ille terminus homo extra orationem non ſupponit, ſed ſolum in oratione, ut homo currit. Et ſciendum eſt q̃ nullus terminus ſupponit niſi ſubiectum & predicatum, ſignũ uniuerſale non ſupponit, ſed facit ſubiectum & predicatũ ſupponere, & ſic facit iſta dictio non & alie negationes, & differt aliud non idem comparatiuus gradus, ſuperlatiuus & termini modales

¶Et ſciendum eſt, q̃ nulla pars extremi ſupponit, ſed toti extremo detur ſuppoſitio. ¶Suppoſitio eſt quedam proprietas extremi ad extremũ ſecundum q̃ unum extremum ordinatur ad aliud. Vel eſt ſignificatio termini cathegoreumatici poſiti in oratione. Vel ſuppoſitio eſt uirtus & proprietas in termino cathegoreumatico poſito in oratione, & ſunt termini cathegoreumatici omnia nomina aliquid per ſe ſignificantia, ut homo, lignum, lapis, & ſimilia. Et extrema in propoſitione ſunt ſubiectum & predicatum

¶Terminus ſyncategoreumaticus eſt ille, qui per ſe poſitus nihil ſignificat, ut dictiones negatiue, ſigna uniuerſalia, & aduerbia numeralia, ut ſemel, bis, ter, quater. ¶Item arguendo ab inferiori ad ſuum ſuperius in partibus extremorũ non ualet conſequentia, & arguitur ab inferiori ad ſuum ſuperius in partibus extremorũ quando una pars antecedente, eſt inferius ad aliam partem in conſequente, & non totum ſubiectum in antecedente eſt inferius ad totum ſubiectum in conſequẽte, ut ſortes albus currit P. colorntus currit.

¶Nota q̃ ſuppoſitio eſt duplex: ſ. propria, & impropria. Suppoſitio impropria eſt quando dictio ſignat aliter cõi uſu loquendi, quã ex primaria inſtitutione, ut angelia pugna, bibo cyphum, ¶Suppoſitio propria eſt quando terminus ſupponit pro illa re in propõne quã ſignificat extra propoſitionẽ, & dicitur triplex, ſ. materialis, ſimplex, perſonalis, ¶Supppſitio materialis eſt quando dictio ſupponit pro ſola uoce & non pro ſuo ſignificato, ut amo eſt ỹ bum, ego eſt pronomen. Suppoſirio ſimplex, eſt quando terminus cõis ſupponit pro quadam natura cõi, uel quodam conceptu in anima per quem comprehendimus rem extra animam, ut homo eſt ſpẽs, animal eſt genus. ¶Suppoſitio perſonalis eſt, quando terminus ſupponit pro ſuo ſignificato, ut homo eſt animal. ¶Suppoſitio perſonalis dicitur dupliciter, ſ. diſcreta & cõis. ¶Diſcreta eſt, quando terminus diſcretus ſupponit per ſe, uel pronomen demonſtratiuum ut ſortes currit uel iſte currit. Et illa dicitur dupliciter, ſ. diſcreta ſimplex, & diſcreta compoſita. ¶Suppoſitio diſcreta ſimplex eſt in termino diſcreto ſimplici, ut in hoc termino S, ut hic ſortes currit, plato currit,

De ſuppoſitionibus.

¶ Suppoſitio diſcreta compoſita eſt proprietas in termino diſcreto compoſito: ut hic ſortes albus currit. ¶ Suppoſitio communis eſt quando terminus communis ſupponit. Et dicitur dupliciter: ſcilicet compoſitio determinata & ſuppoſitio confuſa. ¶ Suppoſitio determinata eſt quãdo terminus communis ſupponit pro ſuis ſuppoſitis ſcilicet inferioribus ad quodlibet eorũ contingit deſcẽdere diſiunctiue: & non copulatiue, ut quidam homo currit. ergo ille uel illa, & ſic de ſingulis. ¶ Suppoſitio confuſa dicitur dupliciter. ſcilicet cõfuſa diſtributiua: & confuſa tantum Confuſa & diſtributiua eſt quando terminus cõmunis ſupponit pro ſuis compoſitis & ad quodlibet eorum contingit deſcẽdere copulatiue, ut omnis homo currit, ergo ille & illa & ſic de ſingulis

¶ Et ſciendum quod terminus ſyncategoreumaticus affirmatiuus ſiue ſignum uniuerſale affirmatiuum facit terminum immediate ſequentem ſtare confuſe & diſtributiue, & omnis terminus communis mediate ſequens ſignum categoreumaticum, ſiue ſignum uniuerſale affirmatiuum, ſtat confuſe tantum. ¶ Suppoſitio confuſa tantum eſt quando terminus ſupponit pro ſuis ſuppoſitis & non poteſt deſcendere ad ea nec copulatiue, nec diſiunctiue, & ſic ſtat predicatum huius propoſitionis omnis homo currit, ergo omnis homo eſt hoc currens, neq; hoc currens uel hoc, & ſic de ſingulis

Suppoſitio diuiditur ſic

Impropria

Materialis

Propria Simplex

Perſonalis

Diſcreta

Communis

Simplex

Compoſita

Determiata

Diſtributiua.

Confuſa

Confuſa tm̃.

Et ſciendum q; ſyncategoreumatica ſunt dictiones numerũ uel multitudinem ſignificantes, ut ſigna uniuerſalia, & aduerbia numeralia, ut ſemel, bis, ter, quater. Vnde in illa propoſitione bis comedi panem, iſte terminꝰ panem ſtat confuſe tantũ quia non conuenit deſcendere ad ſua ſingularia nec copulatiue nec diſiunctiue: quia nõ ſequitur bis comedi panẽ, ergo bis comedi iſtum & illum & ſic de ſingulis. Sed iniſta propoſitione. bis panem comedi. ly panem ſtat confuſe & diſtributiue, quia inmediate ſequitur ſignum ſyncathegoreumaticum & ſic propoſitio eſt falſa. quia ſequitur bis panem comedi, ergo bis iſtum panem comedi, & iſtum & ſic de ſingulis.

¶ Alia regula eſt iſta. Quando duo paria officialia cadunt ſuper unum terminum communẽ quorum utrumq; habet uim confundendi terminum tunc ille terminus ſtabit confuſe tantum uel determinate, ut uos differtis ab omni homine. ly homine ſtat confuſe tantum. ¶ Alia regula eſt iſta, terminus communis uel diſcretus ſupponens uerbũ de p̃ſenti nõ ampliatiuo a parte ſubiecti ſupponit ſolũmõ pro iſtis q̃ ſunt ut ille homo currit. ſic ſupponit hõ qui eſt currit, ¶ Item terminus cõmunis uel diſcretus ſupponens uerbo de p̃te

rito a ꝑte ſubiecti ſi non diſtribuitur ſupponit diſiunctiue pro illo quod eſt uel pro illo quod fuit: ut homo fuit rome, ſic ſupponit homo qui eſt fuit rome, uel homo qui fuit fuit rome, & ſi diſtribuatur ſupponit copulatiue ꝓ illo quod eſt, & pro illo quod fuit. ut oīs homo fuit rome. ſic ſupponit oīs homo qui eſt fuit rome, & oīs homo q̄ fuit fuit rome. ¶ Item terminus communis uel diſcretus ſupponens uerbo de futuro a ꝑte ſubiecti ſi non diſtribuat̄ ſupponit diſiunctiue ꝓ illo quod eſt, uel pro illo quod erit, ut homo erit rome ſic ſupponit homo q̄ eſt erit rome, uel homo q̄ erit erit rome. & ſi diſtribuatur ſupponit copulatiue pro illo quod eſt & pro illo quod erit, ut oīs homo erit rome, ſic ſupponit oīs homo qui eſt erit rome & omnis homo qui erit erit rome.

¶ Item terminus cōis ſupponens huic uerbo pōt a parte ſubiecti non diſtribuat̄ ſupponit diſiunctiue, pro illo quod eſt uel pro illo quod poteſt eſſe ut aliquis homo poteſt eſſe rome, ſic ſupponit. aliquis homo q̄ ē poteſt eſſe rome, uel aliqs homo q̄ poteſt eſſe poteſt eſſe rome, & ſi diſtribuatur ſupponit copulatiue, ut omnis homo poteſt eſſe rome, ſic ſupponit. omnis homo q̄ eſt poteſt eſſe rome, & omnis homo qui poteſt eſſe poteſt eſſe rome, Et ſic dicēdū eſt de iſtis uerbis incipit & deſinit. ¶ Et notādū ꝙ uerbū ampliatiuū ſunt omnia ẏba de preterito & futuro, ſed maxime iſta uerba incipit, deſinit, poteſt, & apparet. Et uerbū ampliatiuum eſt illud quod ponitur in aliqua propoſitione uera & affirmatiua in qua predicatū predicatur de ſubiecto ſignificante rē non exiſtentē ſ exiſtentē. ut antixp̄s pōt p̄dicare. Exēplū. de termio ſignificāte rē exiſtentem, ut homo poteſt currere. Terminus communis ſupponens a ꝑte ſubiecti ſi non diſtribuatur ſupponit reſpectu uerbi ampliati pro illis q̄ ſunt & ꝓ q̄bus uerbū ampliat diſiunctiue, & ſi diſtribuatur tunc ſupponit pro illis qui ſunt & pro quibus uerbum ampliat copulatiue.

¶ Nota ꝙ in omni uniuerſali affirmatiua ſubiectum ſupponit confuſe & diſtributiue, & predicatū confuſe tantū. Vt omnis homo eſt aial. ¶ Item in omni uniuerſali negatiua tam ſubiectum q̄ predicatum ſupponūt confuſe & diſtributiue, ut nullus homo currit, ergo nec ille nec illa, & ſic de ſingulis. ¶ Et nota etiam. ꝙ ſicut hec dictio & eſt copulatiua in affirmatiuis, ita hec dictio nec eſt copulatiua in negatiuis. ¶ Item in omni particulari affirmatiua tam ſubiectum q̄ predicatum ſupponunt determinate, ut quidā homo eſt animal, ergo ille homo eſt animal uel ille & ſic de ſingulis. ¶ Item in omni particulari negatiua ſubiectum ſupponit determinate, & predicatum confuſe & diſtributiue. Vnde ſequitur quidam homo non eſt animal, ergo quidam homo nō eſt hoc animal, nec hoc & ſic de ſingulis. Item in indefinita tam affirmatiua q̄ negatiua ſubiecta & predicata ſupponunt ſicut in particulari affirmatiua & in particulari negatiua.

¶ Item in omni ſingulari affirmatiua ſi predicatum ſit terminus diſcretus uel pronomen demonſtratiuum tam ſubiectum q̄ predicatum ſupponunt diſcrete, ſed ſi predicatum fuerit terminus communis, tunc ſtat determinate, & ſubiectum diſcrete, unde ſequitur. Guylhelmus eſt aial, ergo Guylhelmus eſt hoc animal, uel hoc & ſic de ſingulis. ¶ Item in omni ſingulari negatiua o predicatum ſit terminus communis ſubiectum ſupponit diſcrete, & predicatum confuſe & diſtributiue, ut Guilhe mus non eſt homo. ſed ſi predicatum ſit terminus diſcretus, tunc diſcrete ſupponit.

A subiec, con, dis, pre, con. tantum stare debet.
E subiec, & pre, stant confu, distributiue.
I subiec, & pre, tibi stant determinate.
O subiec, deter, pre con, stat distributiue.
Sin sub supponit semper discrete, q, deter,
Pre, si commune, si non discre. teneatur.
Sin, ne commune, pre, confu, distributiue
Si sit discretus discrete semper habetur

¶ A significat uniuersalem affirmatiuam. E uniuersalem negatiuam. I particularem affirmatiuam. O particularem negatiuam. Sin. i. singularem affirmatiuã Sin, ne, i. singularem negatiuam. Subiec. i. subiectum. Con, dis. i. confuse & distributiue. Pre, id est predicatum: de, id est determinate, con. i. confuse tantum

SEquitur de dictionibus qui habẽt uim confundendi terminos & tales sunt multe scilicz omnia signa uniuersalia: & ista dictio non, & hoc uerbum differt, aliud, & non idem: & hec dictio sicut: quam comparatiuus superlatiuus dictiones exclusiue & exceptiue signa modalia incipit desinit: & omnes dictiones habentes uim negationis. ¶ Confundere terminũ dicitur dupliciter, scilicet mobilitanter & immobiliter. Confundere terminũ mobilitanter est facere terminum stare confuse & distributiue, sic quod conueniens descendere ad sua singularia copulatiue, & sic supponit subiectum huius propositionis omnis homo currit, uirtute istius signi omnis, quia sequitur omnis homo currit, ergo ille homo currit & ille & illa. & sic de singulis. Similiter differtis ab hoie, ille est homo, ergo uos differtis ab isto homie quia a termino stante confuse & distributiue ad aliquod eius suppositum cum debito medio est consequentia bona: & confundere terminũ immobilitanter est facere terminum stare confuse tantum sic q, non conuenit eũ descendere ad sua singularia nec copulatiue, nec disiunctiue, & sic supponit predicatum istius propositionis, omnis homo est animal, & sic nõ sequitur, omnis homo est animal, ergo omnis homo est hoc animal, & hoc neq, hoc uel hoc, & sic de singulis. ¶ Et nota q, quando aliquis terminus supponit confuse & distributiue ratione alicuius dictionis, dempta dictionis uirtute cuius sic supponit, tũc stabit determinate. Et est stare determinate quando terminus sic supponit, & potest descendere ad sua suppositia disiunctiue, ut homo currit, ergo ille uel illa, & sic de singulis.

¶ Alia regula est ista a termino stante immobilitanter ad terminum stantem mobiliter non ualet consequẽtia, ut uos differtis ab omni homine, ergo uos differtis ab homine.

¶ Alia regula est ista. ab inferiori ad suũ superius cum aliqua istarũ dictionum immediate precedentium terminum inferiorem & superiorem non ualet cõsequentia, ut uos differtis ab illo homine, ergo uos differtis ab homine. Sed a superiori ad suum inferius cũ substantia subiecti & est cõsequẽtia bona, ut uos differtis ab homine, ille est homo, ergo uos differtis ab isto homine. ¶ Alia regula est ista q, cqd immobilitat mobilitatũ mobilitat immobilitatũ. i. quando aliquis terminus per suam propositionem facit terminum stare determinate uel confuse tantũ qui prius stetit confuse & distributiue, & tũc

ille terminus per suam remotionem facit eū stare confuse & distributiue, ut in ista propositione nō ois hō currit. iste terminus hō per suā suppositionē suppo nit determinate propter istum terminū non, & si remouetur iste terminus non tūc supponit cōfuse & distributiue, & sic de cōsimilibus terminis.

¶ De resolubilibus.

TErminus in quem resoluitur propositio ut ī subiectum & predicatū & de qua predicatur expositio uel diuisio esse uel non esse.

¶ Terminus est illud in quod diuiditur propositio ut in subiectū & predicatum siue propositio sit affirmatiua siue negatiua, & sic subiectum & predicatum dicuntur termini & copula. Nā predicatū dupliciter accipitur. Vno modo pro toto illo quod predicatur de subiecto, & sic uerbum est predicatum uel pars predicati. Alio modo pro toto illo quod specificat copulam, & sic dicitur predicatum nominatiuus apponens, ut ait Boetius in primo topicorū. cap. ij. Terminos aūt uoco nomina & uerba, ex quibus propositio annectitur

¶ Duplex est terminus. Mediatus & immediatus.

¶ Terminus mediatus est ille terminus qui habet aliquod mediū per quod potest probari. ſ. terminū superiorē uel inferiorē, Terminus immediatus est ille terminus qui non habet aliquod medium per quod potest probari. Et hoc dupliciter. ¶ Primo modo dicitur terminus immediatus, quia non habet mediū inferius per quod pōt probari, & sic sunt oia pronomina demōstratiua in singulari numero, & omnes termini discreti, & discrete tenti. & aduerbia numeralia. Item aliquando terminus discretus pōt improprie resolui, ut robertus sedet, hoc sedet & hoc est robertus: ergo robertus sedet. Sed pronomen non pōt resolui neq; proprie neq; improprie, quia pronomen est simplicius nomine, eo q; significat substantiam meram & non substantiam cum qualitate. Alio modo dicitur terminus immediatus: quia non habet mediū superius per quod potest probari. Et illo modo uerba substantiua sunt termini immediati: quia non habent medium superius per quem possunt probari, ut sum es fui Vnde omnis propositio in qua omnes termini sunt immediati: dicitur propositio immediata que debet probari per sensum per uel intellectum. Vt ille homo est sortes, sic probatur, ego scio uel intelligo q; ille homo est sortes: ergo ille homo est sortes.

¶ Terminus mediatus est triplex, scilicet aliquis est resolubilis, aliquis exponibilis: & aliquis officialis

¶ Terminus resolubilis est omnis terminus supponens determinate que sunt nomina appellatiua & nomina adiectiua in neutro genere substantiuata, & omnis propō cuius primus terminus mediatus ē terminus resolubilis dicitur propositio resolubilis, que habet resolui per duas resoluentes, isto modo, dematur terminus resolubilis: & in loco eius ponatur hoc pronomen demonstratiuum hoc, ōmnibus alijs manentibus, salua congruitate & sic habetur prima resoluens In secunda resoluente hoc pronomen demonstratiuum hoc, erit subiectū synonymum cum priori subiecto, id est consimile in uoce & significatione & predicatum erit terminus resolubilis, & copula erit hoc uerbum sum es fui, cū uerbo proportionabili. Exemplum, homo sedet, sic resoluitur, hoc sedet, & hoc est homo, ergo homo sedet, sic de similibus

Et a dicitur in ista regula cum uerbo proportionabili, quia si uerbū sic ampliatiuum debet addere ipsum uerbū cum disiunctiue ad hoc uerbū sum es fui: Et si uerbum de preterito, dicendū est in secunda resoluente est uel fuit, ut homo cucurrit. sic resoluitur in hoc cucurrit & hoc est uel fuit hō, Et si uerbum sit de futuro, tunc dicendum est in secunda resoluente est uel erit, ut asinus curret, sic resoluitur· hoc curret· & hoc est uel erit asinus. Sed si uerbū principale sit hoc uerbum potest uel aliquod uerbum quod ampliat in secunda resoluente, propriū ampliatiuū dz addi ad hoc uerbū sum es fui. cū disiūctione, ut homo claudus potest ambulare, sic resoluitur. hoc potest ambulare. & hoc est uel potest esse homo claudus homo mortuus potest celebrare missam, sic resoluitur. hoc pōt celebrare missam & hoc est. uel pōt homo mortuus. hora incipit esse. sic resoluitur hoc incipit esse. & hoc est uel incipit esse hora

¶ Obseruetur hec regula siue terminus resolubilis ponatur a p̄te subiecti uel a parte predicati, dummodo nullus terminus alius distribuatur a termino resolubili nam si terminus distribuatur a termino resulubili· tūc additur signum uniuersale ad terminū distributiuum in secunda resoluente a parte subiecti & terminus resolubilis erit predicatū & hec est causa ut terminus eodem modo supponat in secūda resoluente sicut in resoluto ut differens, a currēte erit sortes, sic resoluitur. hoc erit. S. & hoc oī currente est uel erit differens. Similiter aliud ab ēpo potest esse iste homo. sic resoluitur, hoc potest esse ille homo. & hoc ab omni ēpo est uel potest esse aliud

De exponibilibus,

TErmini exponibiles sunt isti. Oia signa uniuersalia, dictiones exclusiue & exceptiue: termini modales, ut possibile, impossibile, contingens, & necessarium. Differt aliud non idem, positiuus, comparatiuus, superlatiuus gradus· & aduerbia numeralia, ut semel, bis, ter, quater. Incipit, desinit, infinitum inqnantum, & immediate & multa alia de quibus per ordinem est dicendum,

¶ Vniuersalis affirmatiua exponitur per duas exponentes, Prima exponens uniuersalis erit sua subalterna. Secunda erit uniuersalis negatiua de cōlimili subiecto & contradictorio, predicato uel ei equiualente, ut ista oīs homo currit, sic exponitur, aliqd quod est homo currit, & nihil est hō quin ille uel illa currit. uel sic, & nemo est non currens. uel sic. nihil ē homo qui uel que non currit, In secunda exponente relatiuum debet poni immediate post terminum distributiuo in eodem casu genere & numero cum termino distributo & uerbum relatiui debet negari. ut in exemplo priori. & obseruatur eadē regula in secunda exponente que data fuit in secunda resoluente, de uerbo āpliatiuo. scilicet qualiter debet ampliari.

¶ Sed quia uniuersalis multipliciter uariatur. Nā aliqua est uniuersalis in recto, aliqua in obliquo, alia de simplici subiecto, alia de simplici predicato, & alia de disiuncto subiecto, & alia de copulato subiecto. ideo ponitur exemplū primo de uniuersali in recto, ut oīs homo currit, q̄ prius exposita est. Exemplum in obliquo & hoc dupliciter, uel quia rectus precedit obliquum quem regit uel econtra. Si rectus precedat obliquū quem regit, tunc u.

terq; terminus distribuitur, & uterq; terminus erit subiectum in uniuersali negatiua, ut hic queli bet singularis alicuius uniuersalis est uera, sic exponitur. aliqua singularis alicuius uniuersalis est uera, nulla est singularis alicuius uniuersalis quin illa est uera. Et si obliquus non regitur a recto, tunc rectus distribuitur: & obliquus non Vel si obliquus precedit rectū uel obliquus distribuitur & rectus non tunc terminus distributus ponitur a parte subiecti in secunda exponente. & terminus non distributus uel supponens confuse tantū ponatur a parte relatiui. Exemplum primi: ut oīs homo hoīem diligit: sic exponitur. hō hoīem diligit. & nihil est homo qnin ille uel illa hominē diligit. Exēplum secūdi· cuiuslibet hois asinus currit: sic exponitur alicuius hominis asinus currit. & nihil est homo quin asinus currit. Exemplum de uniuersali de copulato subiecto: ut oīs homo & asinus currunt: sic exponitur. homo & asinus currunt: & nulla sunt homo & asinus que non currunt: Exemplū de disiuncto subiecto: ut omnis propositio uel eius contrariū est uerū. sic exponitur Aliqua propositio uel eius contrariū est uerū. & nulla propositio uel eius contrarium quin illud est uerum.

¶ Pro quo notandum est q̄ omnis propositio uniuersalis affirmatiua in qua subiectum est disiunctium ex duobus terminus est distinguenda penes hoc q̄ totum disiūctum distribuatur. uel prima pars disiuncti. Nam secnndum distributionem diuersam illa propositio diuersimode habet exponi: quia relatiuum debet immediate sequi terminum distributū: ut prius dictū est. Exemplum, ut omnis homo uel asinus est asinus. Si totum disiunctum distribuatur, sic habet exponi: homo uel asinus est asinus. & nihil est homo uel asinus quod non est asinus ergo omnis homo uel asinus est asinus. & sic est falsa ¶ Si prima pars disiuncti distribuatur sic exponitur: homo uel asinus est asinus & nihil est homo quin ille uel asinus est asinus. & sic illa propositio est uera, & sic conformiter dicendum est de similibus. Exemplum quando relatiuū in uniuersali ponitur a parte subiecti, ut omne quod erit est· sic exponitur aliquod quod erit est. & nihil est quod erit quin illud est.

¶ Omne quod fuit est: sic exponitur. Aliquod quod fuit est. & nihil est quod fuit quin illud est. ¶ Oīs hō qui prius fuit est. sic exponitur, homo qui prius fuit est. & nihil est homo qui prius fuit quin ille est. Exemplū quādo relatiuum ponitur a parte predicati. Oīs propositio est uera cuius contrarium est falsum, sic exponitur. Aliqua propositio est uera cuius contrariū est falsum, & nulla est propositio q̄ nō est uera, cuius cōtrariū est falsum.

¶ Nota quod quando relatiuum ponitur in uniuersali affirmatiua a parte subiecti. tunc relatiuū cum uerbo erit distributū; ut omnis homo q̄ est albus currit: ubi hoc totū homo qui est albus distribuitur.

¶ Et nota q̄ uniuersalis affirmatiua in qua relatiuum ponitur a parte predicati equiualet uni copulatiue facte ex eisdem terminis: sic q̄ ante cedens relatiui distributum ponatur in loco relatiui. ut omnis hō est pater qui habet filium equiualet huic· omnis homo est pater & oīs hō habet filiū.

¶ Exemplum ubi hoc uerbum potest est principale uerbum, ut omne animal potest currere. sic exponitur aliquod animal potest currere, & nullum est animal uel potest esse animal quod non potest currere.

¶Exemplum ubi hoc uerbum incipit est principale uerbum: ut omnis homo incipit esse, aliquid quod est homo incipit esse & nihil est homo uel incipit esse hō q̄uel q̄ nō incipit esse, & similiter cū hoc ꝟbo desinit.

¶De exclusiuis.

EXclusiua exponitur per duas exponentes.

Prima exponens erit preiacens exclusiue.

¶Secunda erit uniuersalis de subiecto & qualitate oppositis subiecto & qualitati preiacentis, ut tm̄ homo non currit, sic exponitur, homo non currit sed quodlibet nō homo currit. Sed notandum est q̄ in hac propositione tantū nō omnis homo currit. iste terminus non potest teneri infinite uel negatiue. Si negatiue sic debet exponi, homo non currit, sed quodlibet non homo currit. Sed tenendo non infinite sic debet exponi. ens non omnis hō currit & nihil non ens non omnis hō currit. uel nihil quod est non oīs homo currit.

¶Item ille terminus non tenet solum infinite quando cadit sup predicatum propositionis, ut sortes est non homo. & ista dictio non solum negatiue tenetur quando immediate precedit uerbū principale propōnis. uel quando totam precedit propositionem. s. & subiectum. & signum, ut hic non oīs homo currit, sed ista dictia non posita inter signum & subiectum uel inter partes subiecti potest indifferēter sumi. scilicet uel negatiue uel infinite, ut hic tantum non omnis homo currit

¶De exceptiuis.

¶Exceptiua exponitur per duas exponentes. In prima exponēte pars extra capta erit subiectum cum predicato exceptiue & copula erit oppositе qualitatis ad exceptiuā. uel si exceptiua sit affirmatiua, negetur eius predicatum de parte extracapta. & sic habetur eius prima exponens. Secunda exponens erit preiacens exceptiue cum opposito partis extracapte, pro qua habēda nihil aliud fiat nisi mutetur dictio exceptiua in istum terminū non. & accusatiuū in nominatiuū. Exemplū. Oīs homo preter sortē currit. sic exponit. sortes non currit sed omnis homo nō sortes currit. Exemplum negatiue, nihil preter sortem currit. sic exponitur, sortes currit & nihil nō sortes currit.

¶Differt aliud & nonidem, debent exponi per tres exponentes, quarum due prime erunt affirmatiue implicantes extrema esse & tertia erit negatiua negans secūdū extremū a primo. ut patet in exemplo sequēti subiectum primi exponētis erit terminus synonymus cū subiecto ꝓpōnis exponende. Subiectum secūde exponētis erit obliquus imediate sequēs aliqua istarū dictionū differt aliud & nōidē mutatus in rectum & ille erunt propōnes affirmatiue: & in illis hoc uerbū Sū es fui. predicat secūdū adiacēs. Tertia exponēs erit negatiua de subiecto synonymo cū subiecto prie exponētis & predicatū erit terminus synonymus cū subiecto secūde exponētis. Vt ego differo ab hoīe sic exponitur ego sum & oīs hō est, & ego nō sum hō. Ego sum aliud ab asino, sic exponitur. Ego sum & omnis asinus est. & ego non sum asinus Ego sum nōidem leoni. sic exponitur. Ego sū & oīs leo est. & ego nō sum leo.

¶Notandum quod tria sunt adiacētia in propositione Scilicet subiectū predicatū, & copula, Et hoc uerbū sū predicat secūdū adiacēs quādo

ipsum est principale uerbū & non habet predicatum expresse positum ut homo est & idem uerbum predicatū adiacens, quando habet predicatum expresse positum, ut homo currens.

¶ Incipit exponitur duobus modis. Primo modo perpositionem de presēti. i. ꝑ affirmationem presentis tꝑis & ꝑ remotionē de preterito. hoc est per negationē preteriti tꝑis. Alio modo ꝑ remotionem de presenti & ꝑ positionē de futuro & subiectū in exponētibus erit subiectū ꝓpōnis exponende. & uerbū erit uerbū indicatiui modi cuius infinitiuus sequitur incipit. Exēplū. Incipio scire ꝓpōnē de presenti per positionem sic exponitur. Ego iā scio propositionem. sed īmediate ante hoc instās quod est presens ego nō sciui propositionem Aliter exponitur eadē propō per remotionē de presēti. ego iā sumo nonscio propositionem, sed immediate post hoc instans quod est presens ego sciam propositionem.

Incipit esse duas exponentes sibi claudit.
Preteritum remouens tempus ponendoq; presens.
Ast presens remouet tempus ponendo futurum.

¶ Desinit exponitur duobus modis .s. perpositionem de presēti. i. ꝑ affirmationem presentis temporis. & remotionē de futuro. i. ꝑ negationem futuri. Vel ꝑ remotionē de presenti. & positionem de preterito. Et quo ad subiectū predicatū & copulā obseruetur eadem regula que data fuit de hoc uerbo incipit, ut sortes desinit esse. sic exponitur ꝑ posittonem de presenti. Sortes iā est. sed īmediate post hoc instās. quod est presens. sortes non erit. Vel ꝑ remotionem de presenti isto modo. Sortes iam non est. sed īmediate ante hoc instās. quod est presēs sortes fuit. Similiter sortes desinit currere. &c.

¶ Sequitur de ista dictione immediate.

¶ Pro quo notandū est ꝙ propō in qua ponitur ille terminus īmediate hꝫ exponi per duas exponentes. prima erit illud quod remanet dēpto illo tetmīo immediate Et secūda debet dari si ꝓpō sit de futuro proponendo hoc totū. nullū est uel erit instās. post hoc quin intret illud & hoc. & tūc sequitur totū residuū propōnis quod sequebatur illū terminū hoc in propositiōe exponēda. Et si propō sit de preterito, tūc in secunda exponēte primo sumet hoc totū. nullū est uel fuit instās āte hoc quin inter illud & hoc Vnde illa propositio. Immediate post hoc sortes currit. sic exponitur sortes curret. & nullū est uel erit instās. Posthoc quin inter illud & hoc sortes curret. ¶ Et ista propō immediate ante hoc. sortes cucurrit. sic exponitur, ante hoc sortes cucurrit & nullū ē uel fuit instās āte hoc quī inter illud & hoc sortes cucurrit, & sic de omnibus similibus.

¶ Sequitur de illo termino infinitum.

¶ Pro quo notādū ē ꝙ propō exponēda rōe illius termini infinitū, hēt exponi ꝑ duas exponētes. Primo debet dari demēdo illū terminū īfinitū, & in loco eius ponēdo illū terminū aliqualiter. Et in secūda exponēte primo ponat hoc totū non est dare gradū, & tunc sequat ille terminus q sequebatur istū terminū īfinitū, cū gtō casu, & tūc ponat ille terminus finitū, cū illo termioq. & hꝫ ẏbū excedit, cū toto residuo propōnis, quod sequebatur pricipale ẏbū & cum illo termio ī abltō casu q seq̄bat illū terminū īfinitū Vñ ista ꝓpō. infinitū magnū.

est a, sic exponitur aliqualiter magnum est a, & non est dare gradum magnitudinis finitum: qui illum excedit a, in magnitudie. ¶ Et illa propō. Infinitiue paruū est hoc a sic exponitur, aliqualiter paruum est hoc a, & non est dare gradum paruitatis finitum quin illum excedit hoc a, in paruitate. ¶ Infinitum bonus est deus, sic exponitur: aliqualiter bonus est deus, & non est dare gradum bonitatis finitum qui melior sit deus. ¶ Infinituz uelox erit hoc a, sic exponitur aliqualiter uelox erit hoc a, & non est dare gradū uelocitatis finitum quin illū excedit hoc a in ucloc.tate. ¶ Infinitū cito erit hoc a, sic exponitur, aliqualiter cito erit hoc a, & non est dare gradum citoritatis finitum quin illum excedit hoc a in citorirate, & sic de alijs.

¶ Necessarium sic exponitur, necessarium est deum esse: deus est & non potest esse quin deus sit, ergo, &c

¶ Impossibile sic exponitur. Impossibile est hominem esse asinum, hominem esse asinum non est nec potest, &c,

¶ Contingit sic exponitur. Contingit hoiem currere, homo currit & potest esse q; homo non currit. ergo. &c. Et sic de illo termino possibile.

¶ Omnis propositio de positiuo gradu exponitur per duas exponentes affirmatiuas in quibus mediū comparandi affirmatur de utroq; comparatorū, & tertia exponens erit negatiua excludens excessum inter secundum cōparatum & primum. Et sortes est ita sapiens sicut plato. Sic exponitur. Sortes est sapiens & plato est sapiens, & plato non est sapientior sorte, ergo. ¶ Vnde in omni cōparatione sunt tria, ſ. duo comparata inter q̄ fit cōparatio, & mediū comparandi. Mediū comparandi est illud in quo fit cōparatio sicut in exēplo priori, sortes est ita sapiens sicut plato, & sortes & plato sunt comparata & sapiens est medium comparandi.

¶ Omnis propositio de comparatiuo gradu exponitur per duas exponētes affirmatiuas sicut positiuus, & per tertiā negatiuā excludēdo paritatem & equalitatem in medio cōparandi. ut ego sum sapientior hoīe sic exponitur. ego sum sapiens, & omnis homo est sapiens, & nemo est ita sapiens sicut ego sum. ergo. &t.

¶ Omnis propositio de superlatiuo gradu exponitur per duas exponentes affirmatiuas sicut positiuus, & per tertiam negatiuā de comparatiuo gradu comparationis eiusdem, & per quartū affirmatiuam de comparatiuo gradu de cōparationis oppositе. Vt sortes est sapientissimus hominū, sic exponitur sortes est sapiens, & omnes hoies sunt sapientes, & nemo est sapientior sorte, sed aliquis insipientior sorte ergo, uel apponat in secūda exponēte ille terminus gradatim ad demonstrandū diuersitatē in medio comparandi sic. Sortes est sapiens, & omnes homines sunt gradatim sapientes, & nemo est sapientior sorte, sed aliquis insipientior sorte.

¶ De istis terminis primum, maximum, & minimum, Exēplū primi. Sortes est primus qui uenit ad uillam sic exponitur, Sortes est aliqualiter pridem qui uenit ad uillam, & nullus prior sorte uenit ad uillam. sed aliquis posterior sorte uenit ad uillam.

¶Hoc eſt maximum quod ſortes potes portare, ſic exponitur hoc ſortes poteſt portare: & nullum maius illo ſortes poteſt portare ſed aliquid minus illo ſortes poteſt portare.

¶Hoc eſt minimum quod plato poteſt uidere, ſic exponitur. Hoc plato poteſt uidere, & nullum minus hoc plato poteſt uidere: ſed aliquid maius illo, uel aliquid equale plato poteſt uidere.

¶Sed ſi uerbum relatiui in propõne exponenda ratione iſtorũ terminorum ſit negatum tunc debet exponi per exponentes contrarie qualitatis. Vt illa. Sortes eſt primus qui non uenit ad uillam, ſic exponitur. Sortes eſt aliqualiter pridem qui non uenit ad uillã, ſed quilibet prior ſorte uenit ad uillam & nullus poſterior ſorte uenit ad uillam:

¶B eſt minimum quod ſortes nõ poteſt uidere, ſic exponitur B. ſortes non poteſt uidere nec aliquid maius B. ſed quodlibet minus B. ſortes poteſt uidere.

¶A eſt maximum quod ſortes non põt portare. A ſortes non poteſt portare, nec aliquid tantum nec maius A, quodlibet minus A, ſortes poteſt portare.

¶Relatiuum debet exponi per et & illud.

Quod ſic intelligitur. Omnis propoſitio affirmatiua in qua ponitur relatiuum a parte predicati relatum ad terminũ ſtantem, diſcrete uel determinate a parte ſubiecti, debet exponi per copulatiuam ubi in loco relatiui ponitur hec coniũctio et, & hoc pronomen ille illa illud, quod debet poni in eodem caſu, genere & numero, ſicut poſitum erat relatiuum. Exemplum, ſortes currit qui eſt albus ſic exponitur: ſortes currit & ille eſt albus.

¶Tribus modis impeditur relatiuum a ſua probatione. ¶Primo modo quando relatiuum refert a terminum ſtantem confuſe & diſtributiue. Vt ſortes differt ab animali quod eſt aſinus quia illa propoſitio debet exponi ratione iſtius uerbi differt. ¶Secundo modo quando relatiuum refertur ad terminum ſtantem confuſe tantum. Vt hic omnis homo eſt animal quod eſt rationale que debet exponi ratione ſigni uniuerſalis & non ratione relatiui. ¶Tertio quando relatiuum ponitur in propoſitione negatiua, ut hic aliqs homo non eſt aſinus qui eſt aſinus, que debet probari per ſuum oppoſitum.

¶Item aliqui termini ſunt exponibiles ſecundum ſuas deſcriptiones, ut hoc uerbum apparet, & hoc ẏbum ſignificat. Vnde apparere, id eſt, ſentire uel intelligere. Vt hoc apparet mihi, ſic exponitur Hoc ſentitur uel intelligitur a me. Vnde apparere, i. ſentire uel intelligere. ¶Et duplex eſt apparentia. ſ. ſenſualis & intellectualis.

¶Significare eſt aliquid uel aliqua uirtute cognotiue reprehenſare uel manifeſtare. Vnde iſte terminus hõ ſignificat hoiem, ſic debet exponi. ille terminus homo repreſentat uel manifeſtat uirtuti cognotiue hoiem. Vnde omnis cognitio rei fit per ſuam intentionem uel ſpeciem. ¶Vnde intentio rei eſt ſimilitudo rei, & illud idem uocatur ſpecies rei, ut ſi ego cognoſcam ſortem per ſenſum uel per intellectum nunc habeo ueram ſimilitudinem, ſcilicet in ſenſu & intellectu, &c

¶ Sequitur de resolubilibus aduerbiorum.

¶ Item notandum q̄ quāuis regula prius posita, data sit de terminis resolubilibus uel exponibilibus nōibus & uerbis, aliqua tamē aduerbia possunt resolui & aliqua exponi. Resolui ut ista, aliquando, ante, post. alicubi. Exemplū primi. aliquādo sortes erit episcopus sic exponitur. tunc sortes erit ep̄s. & tunc est uel erit aliquādo. Ante hesternū diem sortes cucurrit, sic exponitur. tūc sortes cucurrit, & tunc est uel fuit ante hesternū diem. Post crastinū die sortes erit episcop9, tūc sortes erit episcopus. & tūc est uel erit post crastinū diem. Exemplū de aduerbijs que debent exponi. sic. Semper sortes erit aliquando sortes erit & nullū est uel erit aliqnando quin sortes non erit. Vbiq; de us est. alicubi deus est: & nō est dare alicubi ubi deus non est.

¶ Item omnis propositio negatiua debet probari per suū cōtradictorium ut si ponatur propositio negatiua recurratur ad suum contradictorium. & si eius contradictoriū sit falsum, tūc illa propositio est uera & econtra ut hec est uera, nullus homo est asinus, quia hec est falsa, aliq̄s homo est asinus ¶ Item particularis negatiua potest resolui quādo subiectum supponit pro re existente, ut ista, aliquis homo non currit, sic resoluitur, homo nō currit & hoc est aliquis homo. Alio modo particularis negatiua potest probari per suā subalternam: ut, illa aliquis hō qui est asinus nō est asinus. Probatur sic. nullus homo qui est asinus est asinus. ¶ Similiter uniuersalis negatiua potest probari inductiue per sua singularia, ut nullus homo currit, ut nec ille homo nec ille. & sic de singulis, sed prima probatio uniuersalis negatiue, s. per suum contradictorium est optima probatio.

TErminus officialis est omnis terminus faciens sensum compositum & solum talis propō in sensu oppositio est officialis. ¶ Pro quo notādum est q̄ termini facientes sensum compositum sunt omnia signa modalia, ut possibile, impossibile, contingens, & necessarium, & omnia ỹba significātia actū mētis sicut illa. scire, nolle, uelle, imaginare, percipere, credere, hesitare, dubitare. & similia que faciūt sensum compositū ut scio deū esse, possibile est hoiem esse animal. Sed quando aliquis istorum totaliter precedit dictū propositionis. tūc illa propō est officialis, quia facit sensum cōpositum. uel possibile est hominē currere. Sed quādo aliq̄s istorū intermediat dictum propositionis, scz inter accusatiuū & modū infinitum. tunc facit sensum diuisum ut hominem possibile est esse animal. Sed quando aliquis istor̄ intermediat dictum propōnis. s. inter accusatiuum & modum infinitū, tunc facit sensum diuisum, ut hominem possibile est esse animal, Sed quando aliq̄s istor̄ terminorum finaliter sequitur totū dictum propōnis, tunc illa potest indifferenter sumi, scilicet in sensu composito uel in sensu diuiso: ut hic hominem currere est possibile. Omnis enim propositio in sensu composito est officialis, ut illa necessarium est deum esse, sic officiatur, talis propositio est necessaria, deus est propter eius primarium significatum deum esse, possibile est hominem eē rome. Sic officiatur, hec propositio est possibilis homo est rome propter eius primarium significatum hominem esse rome. Ego scio deum esse, sic officiatur, hec propō est scita a me. deus est propter eius primarium significatum deum esse.

¶ Dictum propositionis debet dari, uertēdo nominatiuum in

accusatiuū, & uerbum, indicatiuū in uerbū infinitū. Vel proponendo hanc cō iunctionē q̄, toti. Vt. deus est, dictū eius est hoc deū esse uel q̄ deus est. Sed ꝓpositio in sensu diuiso est resolubilis. si primus terminus sit resolubilis, uel exponibilis. Si primus terminus exponibilis, exemplū primi. Hominē possibile est currere sic resoluitur. hoc possibile est currere & hoc est homo. Exēplū secūdi. omnem hominem possibile est currere sic exponitur. aliquem hoīem possibile est currere. & nihil est homo quem uel quam possibile non est currere. Vnde propositio in sensu diuisio debet probari secūdum primum terminū mediatum in illa propositione. ¶ Item si ambe resoluentes propōnis resoluende sūt uere primarie significando tunc illa propositio est uera. aliter non. Similiter ꝓpositio exponibilis est uera si omnes eius exponentes sint uere. & aliter non. Et si una exponens sit falsa, tunc illa propositio exponibilis est falsa. & sic de resolubili & officiali.

¶ Alia regula est quando proponitur aliqua propositio ei uo lueris scire an illa sit uera uel falsa. uideas si illa propositio sit resolubilis, exponibilis uel officialis. Quod scire potes p primū terminū mediatū illa propositione. deinde exponatur, si sit exponibilis, & si oēs exponentes sint uere, tunc ista propositio est uera. Et sic generaliter scitur ueritas uel falsitas cuiuscūq; ꝓpositionis. Vel resoluitur si sit resolubilis, & si eius resoluentes sunt uere, tunc propositio dicitur uera. Vel si sit officialis officiatur si illius officiātes, & si sint uere tunc illa propositio est uera, & si non sint uere, tunc illa est falsa. Et propositio est uera quando significat primarie sicut est, & est falsa quando significat primarie sicut non est.

¶ Primarium significatum propositionis est illud q̄ propositio significat precise ex communi institutioni terminorum, & apprehenditur principaliter per totam propōnem & per nullam eius partem. Vt deum esse, est significatum istius, deus est.

¶ Significatum secundarium propositionis est triplex ¶ Vno modo quando imponitur propositioni ex noua impositione: ut ista, deus est significaret hoīem esse asinum & hoc secundarie. Secundo modo quando propositio significat secundarie quicquid sua singularis significat primarie. & sic omnis uniuersalis significat sua singularia, ut illa omnis homo est animal Tertio, propositio significat secundarie quicquid sua pars significat primarie, ut illa homo est asinus significat secundarie hominem esse.

¶ Vlterius nota differentiā, inter propōnem resolubilem, exponibilem, & officialem, que est hec. Propositio exponibilis conuertitur cum una copulatiua facta ex omnibus suis exponentibus sic q̄ est bonum argumētum arguendo a propositione exponibili ad omnes eius exponētes & econtra Vel bene sequitur. Deus est, & non potest esse q̄n deus sit: ergo necessariuz est deum esse, & econtra necessarium est deum esse, ergo deus est, & non potest eē quin deus sit. ¶ Sed propositio resolubilis non conuertitur cum suis resoluentibus, nec officialis cum suis officialibus. Licet bene sequitur, hoc currit, & hoc est homo, ergo homo currit. Sed econtra non ualet argumentum, quia non sequitur homo currit, ergo hoc currit, & hoc est homo quia antecedens potest esse uerum & consequens falsum.

¶Similiter ab officiantibus ad officiatum est consequentia bona, sed non econtra. Vt sequitur, hec propositio est necessaria, deus est, propter eius primarium significatum deum esse, ergo necessarium est deum esse, sed non econtra. ut necessarium deum esse, ergo hæc propō est necessaria, deus est, propter eius primarium significatum quia antecedens potest esse uerum & consequens falsum quia si nulla propositio foret, adhuc deus esset.

¶Insuper nota q̄ quando est aliquod dictum propōnis in sensu composito q̄ potest descendere de duabus propōnibus diuersis tunc illa est distinguenda penes hoc q̄ illud dictum potest descendere de una illarum propōnum uel ab alia. Et hoc generaliter accidit quando in propōne sunt duo modi infinitiui. primus infinitiuus potest mutari in modum indicatiuum stante secundo, uel econtra secundus infinitiuus potest mutari in indicatiuum stāte primo, ut in hoc exemplo Possibile est uos scire necessarium esse non necessariū, ista potest officiari mutando primum infinitiuum stante secundo, ut sic talis propō est possibilis, uos scitis necessarium esse non necessarium, propter eius primarium significatum, uos scire necessarium esse nō necessarium, & sic propositio est falsa.

Alio modo potest officiari mutando secundum infinitiuum stante primo hoc modo hec propō est possibilis. Vos scire necessarium est nō necessarium propter eius primarium significatum, uos scire necessarium esse non necessarium, & sic est propositio uera. quia eius officiātes sunt uere. Et ita faciendum est in omni propositione in sensu composito ubi in dicto sunt duo modi infinitiui.

¶Similiter distinctio accidit si in dicto propositionis sit unus infinitiuus & duo actiui, quia uel primus accusatiuus potest mutari in nominatiuū stante secundo Vel secūdo accusatiuus potest mutari in nominatiuum stante primo. ut hic Possibile est canem comedere panem sic officiatur. si primus accusatiuus mutetur in nominatiuū stante secūdo illa propositio est possibilis, canis comedit panem, propter eius primariū significatū canem comedere panem, & sic est uera. ¶Alio modo officiatur predicta propositio, mutādo secundum accusatiuū stante primo, & sic hec propositio est impossibilis. quia sic officiatur hec propositio possibilis. canē comedit panis, propter eius primarium significatum canem comedere panem.

¶Similiter. Possibile est uos scire A.

Et sit A ista propositio deus est mutādo primū accusatiuū in nominatiuū sic ē uera. & sic officiatur hec propositio est possibilis. uos scitis a. propter eius primarium significatū. uos scire a. &c. mutādo secundū accusatiuū stante primo. ista propositio est falsa sic officiando, hec propō est possibilis. Vos scit a. propter eius primarium significatum uos scire a ergo &c. capiendo illū terminum uos in accusatiuo casu. & illum terminū seu litterā a in ntō casu &c.

¶Insuper notandum est. q̄ illa trimembris diuisio termini mediati in terminum resolubilem, exponibilem, & officialem. non est ex opposito assignata, sed membra concidūt, quia diuisio datur ex oppositō, quando nihil quod continetur sub uno membrocōtinetur sub reliquo, ut diuisio propositionis in cathegoricam & hypotheticā quia nulla cathegorica est hypothetica,

nec econtra. Diuisio non datur ex opposito quando aliquid quod cõtinetur sub uno membro continetur sub reliquo. sicut est in diuisione termini mediati. Nã idem est terminus resolubilis, exponibilis, & officialis in eadem propositione. & sic idem terminus cõtineur sub quolibet membro diuisionis, ut patet de isto termino necessarium ut in illa propositione : necessarium est deum esse. que resoluitur hoc est deum esse, & hoc est necessarium. ¶ Illa etiam potest exponi sic. deus est & non potest esse quin deus sit. Item potest officiari. hec propositio est necessaria. deus est. propter eius primariũ significatum deũ esse. ¶ Similiter de illa. possibile est hominem currere, & sic de similibus

¶ Item cauendum est probando propositiones quod nõ sit saltus ultra terminos mediatos, sic ꝙ secundus terminus mediatus non probetur ante primũ. sed primus terminus mediatus in propositione debet primo probari. Vnde non ualet argumentum Ois homo incipit esse. ergo omnis hõ iam est. & immediate ante hoc instans, quod est presens. ois homo non fuit, uel econtra ois homo iam est &c. ergo omnis homo incipit esse quia ille est saltus probando istum terminum incipit ante illud signum omnis. Sed sic debet hec propositio probari. homo incipit esse. & nihil est homo uel incipit esse homo quin ille uel illa incipit esse ergo omnis homo incipit esse.

¶ Item nota quod ab ista regula a primo termiõ probabili mediato debet fieri propositionis probatio. Excipiuntur hypothetice propositiones, ut animal currit si homo currit. Secũdo propõnes in sensu composito, ut animal esse hoiem est necessarium. Tertio exceptiue. ut omnis homo preter sortem currit. Quarto in plurali numero, ut duo iohannes habent duo capita. Quinto exclusiua ut homo tantum currit. Sexto relatiue, ut quando relatiuum ponitur a parte predicati & refertur ad terminum stantem discrete uel determinate a parte subiecti. ut homo currit qui est albus. &c. Versus.

¶ Hypo. relaꝯ. modal. excep. exclu. quoꝯ plural.

¶ Sequitur de obligationibus tractatus.

¶ De obligationibus.

OBligatio est quedam ars mediante qua quis opponẽs potest ligare respondẽtem ut ad placitum suũ respondeat affirmatiue uel negatiue ad propõnem sibi positã uel depositã. ¶ Et notandũ ꝙ due sũt species obligationis. s. positio & depositio. Positio est quedam spẽs obligationis mediãte qua quis obligatus tenetur respõdere affirmatiue ad propõnem sibi positam uel ad se admissam. ¶ Positio dicitur duobus modis. s. simplex & composita. Positio simplex est illa q̃ cadit super propositionem cathegoricam ut pono uobis uos curritis, Positio cõposito ẽ illa q̃ cadit sup ꝓpõnẽ hypothetica. ut ponouobis uos curritis & uos estis rome. Et in ista specie solum possibile ẽ admittẽdũ, & impossibile est reiciendum atꝯ negandum.

¶ Prima regula est hec, Omne uobis positũ a uobis admissũ sub forma positi propositum situm a uobis fore tale quale fuit uobis positũ ubi positum non repugnat positioni durante tempore eiusdem obligationis est a uobis cõcedendũ ut pono uobis istũ casum. hoc est risibilis. admittatur. tunc propono uobis diuidere concedatur illud quia quãdocũꝯ ista uel alia cõsimi-

¶Similiter ab officiantibus ad officiatum est consequentia bona, sed non econtra. Vt sequitur, hec propositio est necessaria, deus est, propter eius primarium significatum deum esse, ergo necessarium est deum esse, sed non econtra. ut necessarium deum esse, ergo hæc propō est necessaria, deus est, propter eius primarium significatum quia antecedens potest esse uerum & consequens falsus quia si nulla propositio foret, adhuc deus esset.

¶Insuper nota q̄ quando est aliquod dictum propōnis in sensu composito q̄ potest descendere de duabus propōnibus diuersis tunc illa est distinguenda penes hoc q̄ illud dictum potest descendere de una illarum propōnum uel ab alia. Et hoc generaliter accidit quando in propōne sunt duo modi infinitiui. primus infinitiuus potest mutari in modum indicatiuum stante secundo, uel econtra secundus infinitiuus potest mutari in indicatiuum stāte primo, ut in hoc exemplo Possibile est uos scire necessarium esse non necessariū, ista potest officiari mutando primum infinitiuum stante secundo, ut sic talis propō est possibilis, uos scitis necessarium esse non necessarium, propter eius primarium significatum, uos scire necessarium esse nō necessarium, & sic propositio est falsa.

Alio modo potest officiari mutando secundum infinitiuum stante primo hoc modo hec propō est possibilis. Vos scire necessarium est nō necessarium propter eius primarium significatum, uos scire necessarium esse non necessarium, & sic est propositio uera. quia eius officiātes sunt uere. Et ita faciendum est in omni propositione in sensu composito ubi in dicto sunt duo modi infinitiui.

¶Similiter distinctio accidit si in dicto propositionis sit unus infinitiuus & duo actiui, quia uel primus accusatiuus potest mutari in nominatiuū stante secundo Vel secūdo accusatiuus potest mutari in nominatiuum stante primo. ut hic Possibile est canem comedere panem sic officiatur. si primus accusatiuus mutetur in nominatiuū stante secūdo illa propositio est possibilis, canis comedit panem, propter eius primariū significatū canem comedere panem, & sic est uera. ¶Alio modo officiatur predicta propositio, mutādo secundum accusatiuū stante primo, & sic hec propositio est impossibilis. quia sic officiatur hec propositio possibilis. canē comedit panis, propter eius primarium significatum canem comedere panem.

¶Similiter. Possibile est uos scire A.

Et sit A ista propositio deus est mutādo primū accusatiuū in nominatiuū sic ē uera, & sic officiatur hec propositio est possibilis. uos scitis a. propter eius primarium significatū. uos scire a. &c. mutādo secundū accusatiuū stante primo. ista propositio est falsa sic officiando, hec propō est possibilis. Vos scit a. propter eius primarium significatum uos scire a ergo &c. capiendo illū terminum uos in accusatiuo casu. & illum terminū seu litterā a in ntō casu &c.

¶Insuper notandum est. q̄ illa trimembris diuisio termini mediati in terminum resolubilem, exponibilem, & officialem. non est ex opposito assignata, sed membra concidūt, quia diuisio datur ex oppositō, quando nihil quod continetur sub uno membro cōtinetur sub reliquo, ut diuisio propositionis in categoricam & hypotheticā quia nulla categorica est hypothetica,

nec econtra. Diuisio non datur ex opposito quando aliquid quod cõtinetur sub uno membro continetur sub reliquo, sicut est in diuisione termini mediati. Nã idem est terminus resolubilis, exponibilis, & officialis in eadem propositione, & sic idem terminus cõtineur sub quolibet membro diuisionis, ut patet de isto termino necessarium ut in illa propositione : necessarium est deum esse, que resoluitur hoc est deum esse, & hoc est necessarium. ¶ Illa etiam potest exponi sic. deus est & non potest esse quin deus sit. Item potest officiari, hec propositio est necessaria. deus est. propter eius primariũ significatum deũ esse. ¶ Similiter de illa. possibile est hominem currere, & sic de similibus

¶ Item cauendum est probando propositiones quod nõ sit saltus ultra terminos mediatos, sic ꝙ secundus terminus mediatus non probetur ante primũ. sed primus terminus mediatus in propositione debet primo probari. Vnde non ualet argumentum Ois homo incipit esse, ergo omnis hõ iam est. & immediate ante hoc instans, quod est presens. ois homo non fuit, uel econtra ois homo iam est &c. ergo omnis homo incipit esse quia ille est saltus probando istum terminum incipit ante illud signum omnis. Sed sic debet hec propositio probari. homo incipit esse. & nihil est homo uel incipit esse homo quin ille uel illa incipit esse ergo omnis homo incipit esse.

¶ Item nota quod ab ista regula a primo termiõ probabili mediato debet fieri propositionis probatio. Excipiuntur hypothetice propositiones, ut animal currit si homo currit. Secũdo propõnes in sensu composito, ut animal esse hoiem est necessarium. Tertio exceptiue. ut omnis homo preter sortem currit. Quarto in plurali numero, ut duo iohannes habent duo capita. Quinto exclusiua ut homo tantum currit. Sexto relatiue, ut quando relatiuum ponitur a parte predicati & refertur ad terminum stantem discrete uel determinate a parte subiecti. ut homo currit qui est albus. &c. Versus.

¶ Hypo. relaꝯ. modal. excep. exclu. quoꝯ plural.

¶ Sequitur de obligationibus tractatus.

¶ De obligationibus.

OBligatio est quedam ars mediante qua quis opponẽs potest ligare respondẽtem ut ad placitum suũ respondeat affirmatiue uel negatiue ad propõnem sibi positã uel depositã. ¶ Et notandũ ꝙ due sũt species obligationis. s. positio & depositio. Positio est quedam spẽs obligationis mediãte qua quis obligatus tenetur respõdere affirmatiue ad propõnem sibi positam uel ad se admissam. ¶ Positio dicitur duobus modis. s. simplex & composita. Positio simplex est illa q̃ cadit super propositionem cathegoricam ut pono uobis uos curritis, Positio cõposito ẽ illa q̃ cadit sup ꝓpõnẽ hypothetica. ut ponouobis uos curritis & uos estis rome. Et in ista specie solum possibile ẽ admittẽdũ, & impossibile est reiciendum atoꝯ negandum.

¶ Prima regula est hec, Omne uobis positũ a uobis admissũ sub forma positi propositum situm a uobis fore tale quale fuit uobis positũ ubi positum non repugnat positioni durante tempore eiusdem obligationis est a uobis cõcedendũ ut pono uobis istũ casum hoc est risibilis. admittatur. tunc propono uobis diuidere concedatur illud quia quãdocũqꝫ ista uel alia cõsimi-

lis proponitur durante tempore eiusdem obligationis est uobis concedenda.

¶ Secunda regula est hec. Omne formaliter sequens ex posito ẽ cõcedendũ, ut pono uobis istum casum, uos estis homo, admittatur, & quando proponitur concedatur idem. Deinde proponatur, uos estis animal, cõcedatur, quia sequitur formaliter ex posito ut segtur uos estis homo, ergo uos estis animal. ¶ Tertia regula est hec. Omne repugnans posito est negandum, ut pono istum casum, aliquis homo est risibilis, admittatur & concedatur idem: tũc proponitur nullus homo est risibilis, negetur, quia est repugnans posito

Quarta regula est hec, Omne formaliter sequens ex posito uel concesso uel concessis, est a uobis concedendũ, ut pono casum. Omnis homo ẽ rome. admittatur & quando proponitur. concedatur idem, tunc proponitur ¶ De inde propono uos estis rome concedatur qa sequitur uos estis homo concedatur, quia est uerum & impertinens. formaliter cũ concesso. omnis homo est rome, uos estis homo ergo uos estis rome. Vel si proponatur uos curritis. admittatur & concedatur idem tũc proponatur. uos mouemini cõcedatur. quia segtur ex posito formaliter sic, uos curritis. ergo uos mouemini.

¶ Alia regula est illa. Omne formaliter sequens exposito cum opposito bene negati uel cum oppositis bene negatorũ durante tempore eiusdẽ obligationis est a uobis concedẽdum. ut pono istum casum. Omnis homo curit. admittatur & concedatur idem tũc proponatur. uos curritis negetur, quia falsum est & impertinens, tũc proponatur. uos non estis homo concedetur, qa ex posito cũ opposito bene negati, quia sequitur. Omnis homo currit, uos non curritis, ergo uos non estis homo.

¶ Alia regula est illa semper ad impertinens respondendum ẽ secundum suam qualitatem, hoc est si sit uerum & impertinens est concedendum, si sit falsum & impertinens est negandum & si sit dubiũ & impertinens est dubitandũ ¶ Et sciendũ ꝙ impertinens est illud quod non sequitur ex casu neꝯ repugnat casui. ut pono istum casum Omnis homo currit admittatur & concedatur. tunc proponitur. Vos estis homo. concedetur quia est uerũ & impertinens ꝙ sit uerum ptz. & quod sit impertinens. probatur. non sequitur neꝯ repugnat, ꝙ non sequitur probatur quia hoc argumentũ non ualet. Omnis homo currit ergo uos estis homo. neꝯ repugnat, quia possunt simul stare ꝙ oĩs homo currit, & quod uos estis homo. ¶ Et pertinens est illud quod sequitur ex casu uel repugnat casui.

Alia regula est ista. Propter possibile positum non est impossibile concedendũ, neꝯ necessarium negandum. ¶ Alia regula est ista. duo cõtradictoria intra se contradicentia, nunq̃ sunt simul concedenda, neꝯ negan da infra idem tempus obligationis, ut si a, sit cõtradictoriũ b. & econuerso. & u num a, sit omne a. & unũ b, sit omne b. tunc a & b, nunq̃ sunt simul concedenda neꝯ neganda ¶ Item differentia est inter positum & positionem. Positio ẽ illud qũod componitur ex uerbo designante actum ponendi cum toto residuo ut pono uobis uos curritis, hoc totum pono uobis. uos curritis est positio. Et positum est illud quod remanet dempto uerbo significãte actum ponendi. ut pono uobis uos curritis solum hoc uos curritis est positum. Duplex est positio

ut in precedentibus patet scilicet simplex & composita,

¶ Sed iam uidendum est qualiter faciendum est ex parte opponentis & ex parte respondentis. Opus opponentis est arte ponere & proponere propositiones quousq; uideat respondentem male respondere uel ad aliquod inconueniens deduci. ¶ Opus respondentis est sustinere posita & proposita ac proinde sapienterq; circumspicere ne uideatur deduci ad aliquod inconueniens. hoc est si positum sit possibile admittatur. & si impossibile negetur. Primum sophisma. ¶ Pono uobis istum casum. uos non estis positum ē possibile, quia potest esse sicut illud significat. ideo admittatur. deinde proponitur idem. si negetur. contra omne uobis positum & a uobis admissum. &c. est concedendum. sed uos negastis illud, ergo male respōdetis. huic dicitur admittendo positum & quādo proponatur negetur. & quando arguitur sic, uos negatis uobis positum. &c. ergo male respondetis.

Dico quod illa regula habet intelligi ubi positum repugnat positioni. Pro quo nota quod ex omni positione sequitur tertia esse scilicet, illum esse qui ponit. quia sequitur ego pono casum pro ego sum. secundo illum esse cui ponitur casus quia sequitur ego pono uobis casum pro uos estis. tertio positum esse, quia sequitur ego pono uobis casum. ergo casus uel aliquod positum est. propterea quando positum est illum non esse qui ponit uel illum non esse cui ponitur, uel illud non esse quod ponitur. tūc positum repugnat positioni.

¶ Secundum sophisma. Pono uobis istū casum omnis homo est rome. admittatur & concedetur. idem tunc proponatur. uos estis rome. negetur. quia est falsum & impertinens. si concedatur contra est falsum & impertinens. ergo negandū. quod sit falsum p3. & quod sit impertinens probatur, nō sequitur necq; repugnat. ergo, &c. non sequitur. omnis homo est rome. uos estis rome. necq; repugnat. quia possunt simul stare. deide proponitur. uos estis homo. negetur. quia eius oppositum est sequēs ex posito cum opposito bene negati. Nam sequitur. omnis homo est rome. uos non estis rome ergo uos non estis homo huic dicitur admittendo positum. & quādo proponitur. uos estis rome negetur. quia est falsum & impertinens. & quādo proponitur. uos estis homo. negetur. quia eius oppositū sequitur ex posito cum opposito bene negati.

¶ Aliud sophisma. pono uobis istum casum. nulla propositio est uobis posita. admitto casum nego eundem. Propono aliqua propositio est uobis posita. negetur, quia repugnat posito contra hec est uobis posita, & hec ē aliqua propositio ergo aliqua propositio est uobis posita. huic dicatur admittēdo positum, & quando proponitur negetur. & quando ulterius arguitur concedatur consequentia. & negetur antecedens ꝑ utraq; eius parte.

¶ Aliud sophisma. pono uobis istum casum. omnis homo currit admitatur & concedatur idem. tunc propono. hec est falsa. oīs homo currit, si negetur. contra. Vos negatis uerum & impertinens. ergo. &c. Antecedēs sic ꝙ sit uerū patet, ꝙa rei ueritas ē ꝙ aliquod quod ē hō nō currit. & quod sit impertinens probatur ꝙa non sequitur omnis homo currit. ergo hec est falsa. omnis homo currit. necq; repugnat quia possūt simul stare omnis homo currit, & hec est falsa omnis homo currit. tunc sic, hec est falsa. omnis homo currit. ergo non omnis homo currit.

Si concedatur tunc illa est uera non omnis homo currit, que precise & primarie & adequate significat ꝙ nō omnis homo currit, ergo non omnis homo currit illa consequentia est bona & antecedens est uera & consequens est a te concedendum, & consequentis est oppositum positi, ergo oppositum positi est cōcedendum, & consequens est uerum, ergo duo contraria sunt simul uera. Huic dicatur admittendo positū, & quando proponatur hec est falsa, omnis homo currit, concedatur & quando arguitur sic. Hec est uera: non omnis homo currit, que precise & primarie significat ꝙ oīs homo currit, ergo non oīs homo currit, concedatur consequentia, & negetur antecedens pro minore

¶ Aliud sophisma ponatur, quod hō est asinus, negetur positū quia est impossibile, ideo ponatur hoc modo, homo est asinus est uobis positū admittatur, quia est possibilis & concedatur idem, deinde proponatur, homo est asinus est a uobis concedēdum. Si negetur. Contra. Formaliter sequitur ex posito, ergo concedendum, quia sequitur, homo est asinus est uobis positum, ergo homo est asinus est a uobis concedendum. Si concedatur. Contra Casus est impossibilis & propter possibile positum non est impossibile concedendū, ergo non est concedendum. Huic dicatur admittenda positum: & quando proponatur, homo est asinus est a uobis concedendum negetur, & tunc negetur argumentum scilicet homo est asinus est uobis positum, ergo homo est asinus, est a uobis concedendum, quia non debite arguitur, sed sic debet argui, homo est asinus uel uobis positum, ergo homo est asinus est uobis positum est a uobis concedendum.

¶ Aliud sophisma. Pono uobis istum casum. Vos estis rome, admittatur & concedatur idem. Deinde proponatur, uos estis rome in hoc instanti. Si concedetur, contra, est falsum & impertinens, ergo negandum, ꝙ sit falsum ptz: & ꝙ si impertinens probatur, quia non sequitur nec repugnat, nō sequitur uos estis rome ergo uos estis rome in hoc instanti, quia posito ꝙ in fine istius hore uos sitis rome, & ꝙ in hoc instanti uos non sitis rome, iam antecedens est uerum & consequens falsum, ꝙ uos estis rome in hoc instanti, quia hoc instans non est. Si negetur, contra, uos negatis formaliter sequens per positum, ergo male respondetis, antecedens sic. Nam sequitur formaliter uos estis rome, ergo uos estis rome in hoc instanti. Huic dicatur admittendo positum. & quando, proponatur, uos estis rome in hoc instanti negetur quia est falsum & impertinens, & qū arguitur sic. Omne ꝙ est rome est rome in hoc instanti. uos estis rome, ergo uos estis rome in hoc instanti, concedetur consequentia: & negetur maior quia hoc instans non est, quia repugnat posito.

¶ Aliud sophisma. Pono uobis illū, omnis homo est rome, admittatur & concedatur. Tunc quero, ubi estis uos modo. Respondeatur in loco ubi non repugnat me esse, tunc propono, uos estis rome concedatur, quia sequitur ex posito cum concesso, quia sequitur, omnis homo est rome, & uos estis i loco ubi non repugnat uos esse, ergo uos estis rome.

Aliud sophisma. Pono istum casum: quod aliquis istorum currit, demonstrando per ly istorum uos & me, admittatur, & sic concedatur idē tunc propono aliquis istorum non currit, concedatur, quia est uerum & impertinens, deinde proponatur, unus istorum currit, concedetur, deinde proponatur

alter istorum currit. concedatur ut apparet. quia est positum Deinde proponatur uterq; istorum currit. si concedetur. contra. Vos conceditis eius oppositum sed duo opposita, nunq̃ simul sunt concedenda ergo male respondetis, Si negetur, contra, sequitur formaliter exposito cum concessis. ergo concedendū. quia sequitur. ut us. storum currit. & alter istorum currit. ergo uterq; istorū currit. ¶ Huic dicatur admittendo positum, & quando proponitur q̃ aliquis istorum non currit, concedatur: quia est uerum & impertinens, & quando proponitur unus istorum currit, concedatur, & quando proponatur q̃ alter istorum currit, negetur pro ista causa, quia ponitur sub alia forma q̃ fuit prius posita, uel negetur argumentum: cum sic arguitur, unus illorum currit, & alter illorum currit, ergo uterq; istorum currit. ¶ Aliud sophisma Pono uobis istam aliqua res nō est hoc est possibile ut apparet. Si admittatur proponatur idem concedatur deinde proponatur. omnis res est. Si negetur. contra impossibile positum non est necessariū negandi. sed hec est necessaria omnis res est. ergo, negando illam male respōdetis Si negetur q̃ est necessarium probatur sic. aliqua res est. ergo omnis res est. probo cōsequentiā: quia si aliqua res est. ergo tantū una est uel plures res sunt. & si tātū una res est. ergo omnis res est. & si plures res sunt. ergo omnis res est ergo a primo ad ultimū aliqua res est. ergo oīs res est illa consequentia est bona. & antecedens est necessarium, ergo & consequens. huic dicatur negando positū: quia est impossibile. ¶ Et nota regulam q̃ quelibet particularis & indefinita in qua ponitur hoc uerbum Sum, es fui. & predicat secūdum adiacens. & in qua subiectū est terminus trāscendens eqpollet suo uniuersali subalterno & arguendo ab uno ad aliam est consequentia bona, ut aliqua res est: ergo omnis res est, aliqua res non est, ergo nulla res est. Et isti sunt termini transcendentes, ens unum, res & aliquid. Quod modis fallit hec regula, a particulari ad suum uniuersale, ubi hoc uerbum est predicat secundum adiacens quatuor modis, scilicet in terminis ampliatiuis, ut alicuius quātitatis uos fuistis, ergo cuiuslibet quantitatis uos fuistis. In obliquis, ut in aliquo loco uos fuistis. ergo in oīi loco uos fuistis. In aduerbijs loci, ut alicubi uos fuistis, ergo ubiq; uos fuistis, & in predicatione indirecta: ut aliquod aīal estis, ergo omne animal estis.

¶ Aliud sophisma. Pono uobis istam. uos differtis a chimera. Si admittatur proponatur idem: si concedatur, tunc propono uobis. Chymera est. Si negetur, contra, formaliter sequitur, uos differtis a chymera, ergo inter uos & chymeram est aliqua differentia. Tunc sic inter uos & chymeram est aliqua differentia, ergo chymera est, ergo a primo ad ultimum uos differtis a chymera, ergo chymera est. ¶ Huic dicatur, negetur positum, quia ex eo sequitur q̃ chymera est, quod est impossibile.

¶ Vnde notandum est quod quando aliqua differētia uel alietas ponitur inter duo extrema, uidendum est utrum illa duo extrema possunt simul esse in rerum natura uel non. Si possunt, tunc bene potest admitti, ut uos differtis ab antichristo, que bene potest admitti, quia uos & antichristus potestis simul esse in rerum natura. Sed ista uos differtis a chymera, non potest admitti, quia uos & chymera non potestis simul esse in rerum natura. Et nota q̃ quelibet talis propositio est impossibilis. Vos differtis a non ente, & uos dif

fertis a chymera.&c

Sequitur de excluſiuis.

Primum ſophiſma eſt illud. Pono caſum, tantum hō eſt leo, eſt uobis poſitum : & maneat hec uobis poſita & nulla alia admittatur & concedatur idem. Tunc proponatur hō eſt leo, eſt uobis poſitum. Si concedatur, cō tra eſt repugnans poſito ergo negandum. Si negetur, contra formaliter ſeqtur ex poſito. Tantum homo eſt leo eſt uobis poſitū, ergo homo eſt leo, eſt uobis poſitum, iſta conſequentia eſt bona, & antecedens eſt uerum, & conſequēs ſequitur ex antecedente: qa hic arguitur ab excluſiua ad ſuū preiacens: ergo conſequens eſt concedendum. Huic dicatur admittendo poſitum, quia hoc totum, tantū homo eſt leo: eſt ſubiectum in illa propōne tantum hō eſt leo eſt uobis poſitum. Et quando proponitur homo eſt leo eſt uobis poſitum negetur, & negetur quod ſequitur, quia repugnat poſito, quia non arguitur ab excluſiua ad ſuum preiacens: quia ille terminus tantum, non tenetur excluſiue ſed materialiter, quia eſt pars ſubiecti.

Aliud ſophiſma. Pono quod ſortes credat unam propōnem eſſe ueram & p, eadem, & nemo credit propōnem eſſe ueram niſi alter iſtorum. Admittatur & concedatur idem, propono tantū alter iſtorum credit propōnem eſſe ueram. Si negetur, contra, alter iſtorum credit propōnem eſſe ueram, & nihil non alter credit propōnem eſſe ueram, ergo tm̄ alter iſtorū credit propoſitionē eſſe ueram, patet conſequentia ab exponentibus ad expoſitum. Si concedatur contra, aliquid aliud quā alter iſtorum credit propōnem eſſe: quia uterq; iſtorum credit propōnem eſſe ueram & uterq; iſtorum eſt aliquid aliud quā alter iſtorū, ergo non tm̄ alter iſtorum credit propōnem eſſe ueram. ¶ Huic dicatur admittendo poſitum. Et quando proponitur, tantum alter iſtorū credit propoſitionē eē uerā concedatur, & qñ arguitur contra hoc ſic, uterq; iſtorum credit, ppōnem eſſe ueram, & uterq; iſtorum eſt aliquid aliud quā alter, ergo non tm̄ alter iſtorum, &c. concedatur conſequentia & negetur antecedens pro minore, & cauſa eſt, quia uterq; iſtorum eſt alter iſtorum, ideo ſtant bene ſimul: tantū alter iſtorum credit propōnem eſſe ueram, & uterq; iſtorum credit propōnem eſſe ueram, ut patet per eius exponentes, ſicut alter iſtorum eſt alter iſtorum, & neuter iſtorum eſt q eſt alter iſtorū, ergo uterq; iſtorum eſt alter iſtorum, &c

¶ Sequitur de copulatiuis.

¶ Et nota quod licet utraq; pars copulatiue ſit concadēda perſe, non tamen ſequitur q copulatiua ſit concedenda antequā proponantur ambe partes, ut pono iſtam, uos eſtis rome, admittatur tunc propono eandem concedatur, quia eſt poſitum & admiſſum, & iſta. uos ſedetis in caſu q ſedeatis ē concedenda quia uerum eſt & impertinens, tamen copulatiua facta ex illis añ conceſſionem utriuſq; ptis eſt neganda tanquā falſum & impertinens, & ideo ſi primo & immediate poſt caſum proponatur uos eſtis rome & uos ſedetis, negetur tanquā falſum & impertinens, & quando proponitis uos ſedetis negetur quia repugnat poſito cum oppoſito bene negati. Ideo uidendū eſt quando proponitur copulatiua utrum utraq; pars ſit poſſibile uel nō uel ſi aliqua pars repugnat alteri uel non, uel ſint compoſſibiles uel non, unde ſi poſſunt eſſe compoſſibiles admittatur ſi non negetur ut ille poſſunt eſſe compoſſibiles uos eſtis homo & uos ſedetis ſed ille non. uos eſtis homo & uos non eſtis homo: utraq; pars eſt poſſibilis, & tamen ptes ille non ſunt compoſſibiles, & ideo negetur.

¶ Et nota q ois copulatiua ex qua ſeqtur oppoſitū poſiti eſt neganda, ut pono

uobis uos curritis,& nulla copulatiua est uobis posita,& maneat hec nobis posita,& nulla alia si admittatur.deinde proponatur, nulla copulatiua est uobis positaSi negetur contra sequtur formaliter,nulla copulatiua est uobis posita.& uos curritis,ergo nulla copulatiua est uobis posita. Huic dicatur admittendo positum,& quando proponitur negetur, quia positum repugnat positioni.

¶ Aliud sophisma pono uobis. Aliquis homo est rome, & nullus homo alius uel alia uobis est rome,admittatur,si proponat concedat, tūc propono uos estis rome.Si concedatur.Contra,illa est falsa,& non sequitur ex posito ergo est neganda,quia non sequtur aliqs homo est rome, & nullus homo alius uel alia a uobis est rome,ergo uos estis rome, qa in casu posito ꝙ uos nō sitis,antecedens est uerum & consequēs falsum,qa prima pars antecedentis est uera,& quod secunda sit nera probatur, uidelicet nullus homo alius uel alia a uobis est rome,quia si aliqs alius a uobis est rome,ergo aliqs alius a uobis est & ultra ergo uos estis,sed hoc repugnat casui,ergo &c. Si negetur ꝙ uos estis rome,contra sequitur aliquis homo est rome,& nullus alius a uobis est rome: ergo uos estis rome. ¶Huic dicitur admittendo positum.& quando proponit uos estis rome negetur,quia est falsum & imptinens,& negetur ista consequētia,aliquis homo est rome & nullus homo alius uel alia a uobis est rome,ergo uos estis rome q̄ totū antecedens est uerū & consequens falsum in casu posito ꝙ uos non sitis.

¶ Sequitur de disiunctiuis.

Et notandum ꝙ quādo ponitur aliqua disiunctiua uidendum est utrum una pars illius sit possibilis uel non si sit possibilis bene potest admitti,& si utraq; pars sit impossibilis tunc non potest admitti

¶ Alia regula est ista quando ponitur aliqua disiūctiua, cuius utraq; pars est uera,quandocunq; & ubicunq; proponitur,prima ps est concedenda,ut pono illum casum: Vos estis homo,uel uos sedetis

¶ Alia regula est ista.quando ponitur aliqua disiunctiua cuius una pars est uera & altera dubia,quādocunq; proponitur ps dubia est dubitanda,& pars uera est concedenda.Similiter quādocunq; ponitur aliqua disiūctiua cuius una pars est falsa,& altera dubia,tunc pars dubia est dubitanda,& ps falsa est neganda.Et si iterum proponatur pars dubia est concedenda, qa sequtur ex posito cui opposito bene negati,& pono istam,rex sedet &uos estis rome. Admittatur deinde proponitur rex sedet,dubitatur,qa est dubia & imptinens.Deinde proponitur rex sedet,concedatur quia sequitur ex posito cū apposito bene negati:quia sequitur,uos estis rome,uel rex sedet,sed non est ita ꝙ uos estis rome,ergo rex sedet.

¶ Alia regula est illa, quādo ponitur aliqua disiunctiua cuius utraq; ps est falsa, & contingens quecunq; pars primo ꝓponitur est neganda-quia est falsa & imptiuens,& alia est cōcedēda,quia sequtur exposito, ut si ponatur uos curritis.uel uos non mouemini.admittatur,deinde si proponitur uos curritis,negetur qa ē falsum & imptinens,& tūc si proponitur uos non mouemini concedetur qa sequtur uos curritis,uel uos non mouemini,sed uos non curritis ergo uos non mouemini. ¶ Aliud sophisma.Pono uobis istā: uos curritis uel uos mouemini,admittatur,deinde proponitur,uos curritis.negetur deinde proponitur,uos mxuemini,concedetur,deinde proponitur uos mouemini localiter.Si concedatur,contra. Vos conceditis falsum & imptinens, ergo male respondetis. Si negetur contra. Vos negatis formaliter sequēs ex posito, ergomale respondetis,quia sequitur uos mouemini,ergo uos

mouemini localiter huic dicitur admittatur. & quando proponitur uos currtis negetur: quia oft falsum & impertinens. & quando proponitur uos mouemini concedatur: qa est sequens exposito: & quãdo proponitur. uos mouemini localiter. negetur, quia non segtur, uos mouemini, ergo uos mouemini localiter.

¶ Alia regula est ista, quandoque ponitur aliqua disiunctiua, cuius una pars est inferior, & altera superior, tunc superior est concedenda: & ad aliam partem respondendum est secundum suam qualitatem: ut pono istũ casuz, sortes est homo: uel sortes est animal, admittatur, deinde proponatur, sortes est animal, concedatur, quia est superior, tunc proponitur, sortes est homo concedatur, quia est uerum & impertinens.

¶ Nota quod quando ponitur aliqua disiunctiua cuius una ps est sequens ad aliam illa pars que est sequens est concedenda, ut si ponitur talis disiunctiua ꝙ antichristus est albus, uel antichristus est coloratus, ista antichristus est coloratus est concedenda, quia est sequens exposito, quia sequitur antichristus est albus, uel antichristus est coloratus, ergo antichristus est coloratus Et si proponatur antichristus est albus dubitetur, quia est dubium & impertinens. Et quando proponit antichristus est coloratus, concedatur quia sequitur exposito.

Sequitur de conuertibilibus.

¶ Notandum quod quidam termini uel propões conuertũtur simpliciter, & quidem ut nunc conuertuntur ut nunc, quando conuertũtur ex noua impositione, ut ille terminus homo & asinus conuertuntur ut nunc, si ly asinus imponatur ad significandum risibile. Simpliciter quando conuertũtur ex prima ria significatione, ut homo & risibilis. & est consequẽtia bona ab uno ad reliquum & econtra, ut homo currit. ergo risibile currit. Sed contra, posito ꝙ isti duo termini conuertuntur homo & asinus, tunc facio uobis hoc argumẽtum, uos estis homo, ergo uos estis asinus. Si negetur cõsequentia, probatur ab uno conuertibili ad reliquum, ergo bona, dicendum ꝙ hec regula habet intelligi in his terminis que conuertuntur simpliciter & non ut nunc siue per accidẽs quodidem est ¶ Et notandum est ꝙ ad hoc ꝙ termini uel propositiones conuertuntur simpliciter requiritur ꝙ tantum ualet una ꝗtum & reliqua: & econtra & ꝙ term. in eodem modo supponant in una sicut in alia. Vt pono ꝙ ille propões conuertuntur, uos estis homo, & uos estis asinus. Si admittatur proponatur, idem si concedatur tunc proponatur, hec est uera uos estis homo, concedatur, quia est uerum & impertinens, tunc proponatur hec est uera uos estis asinus. Si negetur, contra sequitur ex posito cum concesso, ergo concedendum quia sequitur ille due propões conuertuntur. Sed hec est uera uos estis homo, ergo hec est uera uos estis asinus. Si primo ponatur uos estis asinus, negetur, quia hec est falsa & impertinẽs. Deinde si proponatur hec est uera, uos estis homo negetur, quia est repugnans qui sequitur ille due propositiones conuertuntur, uos estis homo & uos estis asinus, sed hec non est uera uos estis asinus, ergo hec non est uera, uos estis homo, & sic de similibus. Huic dicitur admittẽdo positum. Et quando proponitur hec est uera, uos estis homo concedatur, & quando proponitur hec est uera, uos estis asinus negetur & quando arguitur sic, iste due propositiones uos estis homo ergo hec est uera, uos estis asinus negetur cõ

sequentia. Et nota quod propter nouam propositionem non est responsio uarianda.

Nunc determinandum est qualiter respondendū est quando propositiones ponuntur esse similes uel dissimiles, & secundum istū modū loquendi propositiones sunt similes quando simul sunt uere uel simul false. Et sunt similes quando una est uera & alia falsa. Notandū est quod quando ponuntur alique propositiones esse similes primarie significando q̄ nō possunt esse similes, nisi solum in ueritate primarie significādo admittēdus est casus, & tunc utraq; pars debet concedi quando proponitur, ut pono uobis istas esse similes primarie significando deus est & uos curritis. admittatur & cōcedatur utraq; pars quando proponitur. Et quando ponitur quod alique propositiōes sunt similes que non possunt esse similes nisi solum in falsitate admittendus est casus, & negetur utraq; pars quando proponitur. ut pono uobis istū casum quod iste propositiones sunt similes. uos estis homo: & uos estis asinus. admittendus est casus. & negetur utraq; pars quando proponitur. ¶ Sed quādo ponuntur propositiones esse similes primarie significādo que possunt esse similes in ueritate & falsitate admittendus est casus. Et tunc ad primū respondēdum est secundū suam qualitatem. Et ad aliam sicut ad primā. Vt pono quod ille due ꝓpositiones sunt similes, omnis homo currit, & hō est rome. Si primo ponatur omnis homo currit negetur, quia est falsum & impertinens. Et respōdendum est ad aliam sicut ad primā. Sed si primo ponatur ista. homo est rome concedatur, quia est uerū impertinens. Et respondendū est ad aliam sicut ad istā ¶ Et quando ponuntur alique ꝓpositiones esse similes que non possunt esse similes in ueritate nec in falsitate, negandus est casus. ut pono quod ille due propōnes sint similes, deus est, & hō est asinus negetur casus quia est īpossibilis.

¶ Pono quod ille due propositiones sint similes primarie significando. Vobis concluditur, & uos nescitis uobis concludi. admittatur & cōceditur illud. Tunc propono. uobis concluditur. Si negetur tunc, propono. uos nescitis uobis concludi. Si concedatur Contra iste due propōes sunt similes uobis concluditur, & uos nescitis uobis cōcludi, sed hec est falsa. & negata. uobis concluditur, ergo est falsa & neganda, uos nescitis uobis concludi sed uos concluditis illā ergo male respondetis. Sed negetur. uos nescitis uobis cōcludi. proponatur eius oppositū uos scitis uobis concludi. Si concedatur. Tūc sic. uos scitis uobis concludi. & nihil scitur nisi uerū ergo uobis cōcluditur, quod fuit negatum a uobis in principio. ergo. &c.

¶ Huic dicitur admittendo positum, & quādo proponitur uobis concluditur, cōcedat quia est uera quia sequitur ex posito quod sit uera ꝓbo quia ille due propōnes sunt similes. uobis concluditur & uos nescitis uobis concludi. ergo ille sunt simul uere uel false, sed non possunt esse simul false, ergo sunt simul uere quia non possunt simul esse false, probo quia si possunt simul eē false tunc hec esset falsa uos nescitis uobis concludi, ergo suum oppositū est uerum uos scitis uobis cōcludi, tunc arguitur sic. hec est uera. uos scitis uobis cōcludi & nihil scitur nisi uerū, ergo hec est uera uobis cōcluditur, & prius dictū est quod sit falsa. ergo eadē propositio est uera & falsa. Ideo patet quod ille propōnes nō pñt eē similes nisi in ueritate ideo utraq; pars est cōcedenda.

¶Pro quo nota quod quando ponuntur alique propoſitiones eſſe ſimiles quarū una eſt affirmatiua & alia negatiua. Si ex poſito negatiue formaliter ſequtur affirmatiua tunc nō poſſunt eſſe ſimiles: niſi in ueritate ut in exemplo predicto, Et ſi ex affirmatiua formaliter ſequtur oppoſitū negatiue, tūc nō poſſunt eſſe ſimiles niſi in falſitate, ut patet in iſto exemplo, uos curritis, & uos nō mouemini. ¶Et nota q̄ quādocūq; ponūtur alique ꝓpoſitiōes eē ſimiles admittendus eſt caſus, ſi non ponitur ille terminus primarie ſignificando: quia quecunq; propoſitiones poſſunt eſſe uere ſignificando ſecundarie,

¶Aliud ſophiſma. Pono uobis quod ille due propoſitiones. Deus eſt: & homo eſt animal ſunt diſſimiles primarie ſignificando, Si admitta tur ponatur idem, Si cōcedatur tunc propono deus: ſi cōcedetur tunc propono homo eſt animal, Si concedatur contra: iſte due propoſitiones ſunt diſſimiles primarie ſignificando, ergo ſi una eſt concedenda riliqua erit neganda, ſed uos conceditis utrāq;, ergo male reſpondetis, Si negetur homo eſt animal, cōtra, propter poſſibile poſitū non eſt neceſſariū negandum, ſed uos negatis neceſſariū: ergo male reſpondetis, Huic dicatur negādo poſitum: quia eſt impoſſibile,

¶Sophiſma. Pono iſtas duas propoſitiones eſſe diſſimiles homo eſt aſinus, & quelibet propoſitio eſt ſimilis illi, demōſtrando per ly iſtam propoſitionē homo eſt aſinus, Si admittatur proponatur idem, tunc proponatur homo eſt aſinus, negetur tunc proponatur quelibet propoſitio eſt ſimilis illi negetur, Contra ille due propoſitiones ſunt diſſimiles ſed iſta eſt negata, homo eſt aſinus: ergo altera illarum eſt concedenda, ſed uos negatis utranq; ergo male reſpondetis: ſi concedatur quod quelibet propoſitio eſt ſimilis illi, iſta eſt propoſitio ergo illa eſt ſimilis illi, & ſic eadem eſt ſimilis & diſſimilis, & uera & falſa. Huic dicatur negando poſitum, quia eſt impoſſibile.

¶Sopbiſma. Pono quod ille propoſitiōes ſunt diſſimiles. Omnis homo currit, & quelibet iſtarum eſt uera, demonſtrando per ly, iſtarum omnia ſingularia iſtius uniuerſalis ſi admittatur: & ſic ꝓpono. Omnis homo currit: negetur, quia eſt falſum & impertinens tunc propono quelibet iſtarum eſt uera demonſtrando per ly. iſtarum ſicut prius, ſi negetur contra eſt concedenda probatur, quia ſequitur ille propoſitiones ſunt diſſimiles, ſed hec eſt falſa omnis homo currit, ergo hec eſt uera, quelibet iſtarum eſt uera, ſed uos negatis illam, ergo male reſpondetis, ſi concedatur quod quelibet iſtarum eſt uera, ergo illa uniuerſalis eſt uera, & per cōſequens hec propoſitio eſt falſa ſcilicet quelibet iſtarum eſt uera. Huic dicitur admittendo caſum & quando proponitur omnis homo currit, negetur, quia eſt falſum & impertinens, & concedatur iſta ſcilicet quelibet iſtarū eſt uera, & cū arguitur ſic quelibet iſtarū eſt uera, ergo ſi illa uniuerſalis eſt uera, negetur cōſequētia: q̄ antecedēs poteſt eſſe uerū in caſu poſito & cōſequēs falſum ut ſi ponatur quod oēs ſingulares illius uniuerſalis ſignificēt ſecundarie quod deus eſt uel quod homo ſedet, tūc antecedēs eſt uerū, ſcilicet quod quelibet iſtarū eſt uera demōſtrādo oēs ſingulares unius uniuerſalis, & cōſequēs eſt falſum, ſcilicet quod omnis homo currit, quia ſuum contradictoriū eſt uerū, ſcilicet aliquid q̄ eſt homo non currit. Vel ponatur iſte caſus q̄ non currūt plures homines quā ſortes & plato, & q̄ illa uniuerſalis non habeat plura ſingularia iā antecedēs eſt uerū q̄ quelibet illarū eſt uera demonſtrando oēs ſingulares illius uniuerſalis, conſequens eſt falſum, ſcilicet oīs

homo currit, quia aliquis non currit ꝑ casum. Igitur ad hoc quod argumentū illud sit bonū oportet sic arguere: quelibet istarū est uera demendo oēs singula res illius uniuersalis: & ille singulares significant precise & primarie, & ille sunt oēs singulares q̄s illa uniuersalis apta nata est habere, ergo illa uniuersalis est uera. Si sic arguitur concedat cōsequētia: & negeť antecedens pro minori. Noto quod uniuersalis dicitur habere tot singulares quot apta nata est habere q̄ñ cuilibet suppositō contento sub subiecto unius uniuersalis cor respondet una propositio singularis. Et hec de posinone.

DEpositio est quedā species obligatiōis mediante qua quis obligate tenetur respōdere negatiue ad ꝓpositionē sibi depositā Et notā dū est ꝙ illa propositio est solū admittenda in depositione cuius oppositū est admittendum in positione. Et primo sunt regule ponende quilibet respōdens potest descendere se ne ducatur ad aliquod inconueniens.

¶Prima regula est ista. Omne mihi depositū & a me admissum sub forma depositi propositū scitum a me fore tale quale fuit mihi depositum infra idem tempus obligationis est a me negandum, ut depono istum, uos sedetis, admittatur deinde proponatur negetur, quia omne mihi depositum & a me adm. ssum &c. est a me negandum.

¶Alia regula est ista. Omne repugnans aut formaliter cōtradicens depositō infra idē tēpus abligatiōis est concedendū. ut depono casum, rex sedet admittatur propō eundem negeť tūc propō nullus rex sedet cōcedo quia omne formaliter contradicens depositō est cōcedendum.

¶Alia regula est ista. Oē antecedēs ad depositū cū cōcessō uel cum concessis cū oppositō bene negati uel cum oppositis bene negatorū est negandū, ut depono istum. Aliquis homo non currit, admittatur proponatur idē negetur, tunc propono, uos estis aliquis homo, concedatur quia est uerū, & impertinens, deinde propono uos non curritis negetur quia ista cū cōcessō potest esse antetedens ad depositum sic arguendo, uos non curritis, & uos estis aliquis homo, ergo aliquis homo non currit, quod est depositum.

¶Alia regula est ista. Omnis propō cuius cōtradictoriū antecedit ad depositum cum concessō uel concessis cū oppositō bene negati, uel oppositis bene negatorum est concedenda, ut depono uobis istam. Aliquis homo nō currit, admittatur proponatur idem, negetur deinde propono, uos estis aliquis homo, concedatur tunc propono, uos curritis, concedetur, quia oppositum eius cum concessō antecedit ad depositum sic arguendo, uos non curritis, & uos estis aliquis homo, ergo aliquis homo non currit. ¶Et notandum quod illud est impertinens in depositiōe quod nec est depositum nec contradictoriū depositi nec antecedens ad depositū, nec cuius contradictorium est ad depositum.

¶Sophisma. Depono uobis istā, Aliquis hō nō est rome, admittatur, quia eius oppositum est admittendum in positione, deinde propono uos estis aliquis homo, concedatur, quia est uerum & impertinens, propono, uos estis rome, concedatur quia eius oppositum cum concessō antecedit ad depositum, deinde propono, quilibet homo est rome, hoc est concedendum quia est contradictorium depositi, deinde propono, uos estis rome, si negetur contra, uos negetis sequens ex concessis ergo male respondetis, quia sequitur, quilibet homo est rome, uos estis aliquis homo, ergo uos estis rome.

huic dicatur admittendo depositum & quãdo proponitur negetur, & si in primo loco proponitur. uos estis aliquis homo, concedatur, quia est uerũ & impertinens. & si tunc proponatur. uos estis rome. concedatur quia eius oppositum cum concesso antecedit ad depositum. Sed si primo proponatur, uos estis rome negetur, quia est falsum & impertinens, & si proponatur, uos estis aliquis homo, negetur: quia illud cum opposito bene negati est antecedens ad depositum sic arguendo, uos estis aliquis homo, & uos non estis rome: ergo aliquis homo non est rome.

¶ Sophisma. Depono uobis istam. Alique propõnes non sunt similes. admittatur, deinde, proponatur idem, negetur, tunc propono oẽs propõnes suut similes: hoc est contradictorium depositi, ergo concedendum: deinde proponitur alique propõnes sunt uere: hoc est uerũ & impertinens: ergo concedendum deinde proponatur, alique propõnes sunt false, si concedatur contra, illa cum concesso antecedit ad depositum, ergo est negãda, quia sequitur alique propositiones sunt uere & alique sunt false, ergo non omnes propões sunt similes. ¶ Huic dicatur admittendo depositum, & quando proponitur oẽs propões sunt similes, concedatur & quãdo ponatur aliq propões sunt uere, concedatur & quando proponatur, alique propõnes sunt false, negetur, quia ista cum concesso potest esse antecedens ad depositum. Si in primo proponatur, alique propositiones sunt false concedatur, & si tunc proponatur, alique propõnes sunt uere, negetur, quia est antecedens ad depositum cum concesso

De obiectionibus

¶ Sophisma. Depono uobis istam. Antechristus non est albus, uel antichristus est coloratus. Si admittatur. tunc propono, antichristns non est albus, negetur, quia potest esse antecedẽs ad depositũ. quia quãdocunq; aliqua disiunctiua est deposita si aliqua eius pars proponitur diuisim, illa pars est neganda, quia utraq; cathegorica est, antecedeas ad depositũ, deinde propono, antichrũs est coloratus, negetur, quia est antecedens ad depositum: tunc propono antichristus est coloratus, si negetur, contra sequitur ex concessa, ergo est cõcedendum, antecedens sic probatur, hec est concessa antichrũs est albus, & h' cõ sequẽtia est bona, antichrũs est albus, ergo antichrũs est coloratus arguitur ab inferiori ad suum superius, ergo, &c. Si concedatur, contra, uos concedetis antecedens ad depositum, ergo male respondetis, & similiter idem concedetis, & negatis infra idem tempus obiectionis ergo male respõdetis, quia sequitur formaliter, antichrũs est albus, uel antichrũs est coloratus, sed antichristus non est albus, ergo antichrũs non est coloratus: consequentia patet, quia a tota disiunctiua ad alteram eius partem ita quod ꝯpositum consequentis sumitur in minore, est consequentia bona. Huic dicatur negando depositum, quia eius oppositum est una copulatiua impossibilis que non potest admitti in positione, ergo illa non est admittenda in depositione. Et contradictoriũ illius est una copulatiua facta ex oppositis illarum partium scilicet omnis antichristus est albus. & nullus antichristus est coloratus quod est impossibile.

¶ Aliud sophisma. Depono uobis istam. Rex sedet & aliquis homo sedet. & quelꝫ istarum est uobis deposita. demonstrãdo per ly istarum istas tres propositiões tũc proponatur quelibet istarũ est uobis deposita. Si cõcedatur contra. uos conceditis depositum, ergo male respondetis. Si neget, con

tra, ille tres prepositiones sunt uobis depositę, ergo quelibet istarum est uobis deposita, patet consequentia & antecedens est uerũ, ergo & consequens. Huic dicatur et admittendo depositũ & distinguendo de ista propositione quelibet istarum est mihi depositа utrũq; sumatur in sensu collectiuo uel in sensu diuiso sensus collectiuus est quod omnes iste propositiones simul sumpte sint unũ depositũ sensus diuisiuus est quelibet illarũ propositionũ diuisiuũ sumpta sit depositа. Si deponatur in sensu collectiuo, tunc quando proponitur aliqua illarũ propositionũ, scilicet uel ista rex sedet, uel aliquis homo sedet, uel quelibet istarum est uobis depositа respondendum est ad quamlibet istarum sicut extra casum, quia nulla illarũ est depositа, sed aggregatum ex illis omnibus. Sed si deponatur in sensu diuiso admittatur casus & negetur ista, rex sedet, quando proponatur. Similiter negetur ista, aliquis homo sedet, & negetur quod quelibet istarum est uobis depositа, quia diuisum deponitur quelibet istarũ est uobis depositа primarie. ideo quelibet istarum est neganda. Et quando arguitur sic uos concedetis depositum, ergo uos male respondetis. negetur consequentia, & dicatur quod hec regula habet intelligi quãdo ex casu nõ sequtur hoc fore positũ.

¶ Aliud sophisma. depono uobis istũ, Aliquis homo currit, uel nullus homo qui est sortes currit. Si admittatur, tunc propono, aliquis homo q̃ est sortes currit, hoc est oppositum depositi, ergo concedendum, tunc arguitur sic. Aliquis homo qui est sortes currit, ergo aliquis homo currit consequens est antecedens ad depositum, ergo negandum. Huic dicatur negando depositum, oppositum depositi est impossibile & non admittendum in positione. Notandum est quod nihil est admittendum in depositione nisi impossibile & contingens ad utrumlibet.

¶ De obiectionibus consequentiarum.

COnsequentiarum obiectiones quedam sunt mouende & soluende. Vnde primo supponitur hec regula arguendo ab inferiori ad suum superius cum negatione prepositа non ualet cosequentia, sed contra illam regulam arguitur sic, si illa regula esset uera eadem consequentia eẽt bona, & non bona probatur & assigno istam consequentiam. Nullus homo risibilis est, ergo nullus homo est, hec est bona quia ex oppositо consequentis, sequitur oppositum antecedentis. Et quod non ualet, probatur, quia arguitur ab inferiori ad suum superius cum negatione prepositа, ergo non ualet. Antecedens sic ꝓbatur, quia omne se habens per modum appositionis uel additionis respectu alterius inferius est eo cui apponitur, sed subiectum antecedentis se habet per modum appositionis respectu subiecti consequentis, ergo subiectum antecedentis est inferius ad subiectum consequentis, & per consequens hic arguitur ab inferiori ad suum superius cum negatione propositа, ergo regula prius suppositа non ualet, quia hec est bona.

¶ Item arguitur ab inferiori ad suum superius cum negatione prepositа, non nullus homo currit, ergo non nullum animal currit, & tamen illa consequentia est bona, ergo regula suppositа non ualet. Et quod illa cõsequẽtia sit bona probatur, quia equiualet isti consequentie. aliquis homo currit, ergo aliquod animal currit, que est bona, ut patet. Huic dicatur quod illud allegatum non est regula, sed illa est regula arguendo ab inferiori ad suum superius una negatione prepositа, non ualet consequentia de forma. Et consequentia di-

citur ualere de forma quando tenet in uno exemplo et in omni sibi simili, sed si aliqua sit bona, & nō omnis sibi similis est bona tūc illa nō ualet de forma. Vñ quamuis ista consequentia sit bona, nullus homo est, ergo nullū animal est, tñ non ualet de forma, quia consequentia sibi similis non ualet, nullus homo currit, ergo nullum animal currit, & tunc ad argumentū, nullus homo risibilis currit. ergo nullus homo currit, concedatur consequentia, & negetur quod hic arguitur secundū regulam ab inferiori ad suum superius. Et cū dicitur, oīe se habens per modum appositionis uel additionis respectu &c. Dicatur quod idem allegatum non est regula. Sed ista est regula, omne se habens per modum appositionis inferius est eo cui apponitur, ubi illud appositū non ē terminus cōuertibilis, nec terminus distrahens, nec terminus diminuens, nec terminus ampliatiuus, sed in proposito illud appositum est terminus conuertibilis, & sic patet pro prima particula. Et pro secunda particula negetur quod hic arguitur ab inferiori ad suum superius. ille est homo mortuus, ergo ille est homo, quia ille terminus mortuus est terminus distrahens. Et uocatur terminus distrahēs qui positus a parte predicati impedit subiectum supponere pro re existēte. Pro tertia particula negetur quod hic arguitur ab inferiori ad suum superius, ille ethiops est albus secundum dentes, ergo ille ethiops est albus. Pro quarta particula ista consequentia non ualet, filius tuus est contingens homo, ergo filius tuus est homo, nec illa, ille est apparens asinus, ergo ille est asinus, nam hic terminus appositus est terminus ampliatiuus. Et dicitur terminus ampliatiuus qui potest predicare indifferenter de re existente, siue de re non existente

¶ Item supponitur hec regula. Arguendo ab exclusiua ad suū uniuersale in terminis rectis, in terminis transpositis cum uerbo de presenti nō ampliatiuo, & in singulari numero, est consequentia bona. Sed contra, si illa regula esset uera, eadem consequentia esset bona & non bona, & assigno uobis istud argumentum. Tantum duodecim sunt apostoli dei, ergo omnes apostoli dei sunt duodecim, quod hec sit bona patet per regulam. Et quod non ualet patet simpliciter, quia totum antecedens est uerum, ut patet probando illud plura liter, & consequens est falsum ut patet per eius exponentes, nam secunda exponens est falsa. Huic dicatur quod non arguitur secundum regulam, quia regula non tenet nisi in singulari numero, sed hic arguitur in numero plurali, & ideo negetur consequentia, & distinguatur tam de ante quam de consequente simpliciter, nam antecedens potest probari ratione pluralitatis, & ratione alietatis Si probatur ratione alietatis est uerum sic probando. Duodecim sunt apostoli dei & non plures quam duodecim sunt apostoli dei, ergo tantum duodecim sunt apostoli dei. Si probatur ratione pluralitatis, antecedens est falsum sic probando, duodecim sunt apostoli dei, & nulli alii quam duodecim sunt apostoli dei, ergo &c, nam secunda exponens est falsa, consequēs similiter est distinguēdum, eo quod ly omnis in consequente potest teneri diuisiue uel collectiue. Si diuisiue consequens est falsum et habet exponi sicut dictum est. Si collectiue intelligitur. consequens est uerum & habet resolui sic, isti sunt duodecim, & illi sunt omnes apostoli dei, demōstrando omnes simul, & tantum ualent ille due resoluentes quantū iste due propositiones. aliqui sunt apostoli dei, & nihil est de numero apostolorum dei, quin illud includitur in hoc aggregato. Et tūc probando antecedens ratione pluralitatis, ac tenendo ly omnes in consequente diuisiue non ualet consequentia. Sed si antecedēs probatur ratione pluralitatis & ly omnes tenetur collectiue consequētia est bona, quia consequens est ita uerū

ſicut & añs. Similiter ſi añs probatur ratione alietatis qualiterecũq; ly omnis teneť, conſequentia eſt bona, quia ſic añs eſt impoſſibile. Et ſic patet reſponſio.

¶Item arguendo a ſuperiori ad ſuum inferius cũ negatiõe prepoſita eſt conſequentia bona. Sed contra. Illa conſequentia non ualet. Tantum animal currit, ergo tãtum homo currit, & hic arguitur ſecundũ regulã, ergo regula non ualet. Maior probatur ſic, cum ly tantũ eſt dictio habens uim negationis. Huic dicitur quod conſequentia non ualet, nec arguitur ſecũdũ regulã cũ negatione prepoſita, quia ly tantum non eſt mera negatio, ſed dictio habens in ſe uim negationis, de quibus non intelligitur regula, ſed cum mera negatione, & tunc patet quod regula eſt ſana.

¶Itẽ regula eſt quod in omni excluſiua affirmatiua predicatũ ſtat confuſe & diſtributiue ſi ſit terminus communis. Sed contra. tũc ualet iſta conſequentia tantum ſortes uidet animal, aſinus eſt animal, ergo tantum ſortes uidet aſinum. Et quod ſit bona probatur quia arguitur a termino ſtãte confuſe & diſtributiue ad aliquod eius ſuppoſitum cum debito medio, ergo &c. Et q̃ non ualet probatur, & pono iſtum caſum quod ſortes uideat equum & nihil aliud, & nihil in mundo uideat animal niſi ſortem, iam antecedens eſt uerum & conſequens falſum, ut patet per exponentes. Huic dicatur quod regula eſt ſana & negetur conſequentia, nec arguitur a termino ſtante confuſe & diſtributiue, nec debitum medium bene datur, ſed ſic habet dari, tantum ſortes uidet animal, hoc eſt uidens animal, ergo tantum ſortes eſt hoc uidens animal quocunque demonſtrato, quia debitum medium debet dari, ut hoc pronomen hoc ſit ſubiectum, & hoc uerbum eſt erit copula, & terminus diſtributus erit predicatum quod eſt ly uidens animal, cum ſit predicatum in excluſiua.

¶In omni excluſiua affirmatiua ſubiectum ſtat confuſe tantũ ſi ſit terminus communis. Sed contra ſequitur bene tantum homo currit, & illi ſunt homines: ergo ille currit uel ille uel illa, & ſic de ſingulis ergo ly hõ quod id eſt ſubiectum ſtat determinate & non confuſe: quia contingit eum deſcendere ad ſua ſingularia diſiunctiue. Huic dicatur quod regula eſt bona, & concedatur conſequentia facta. Vbi nota quod dictio non dicitur ſupponere determinate propter hoc quod contingit eum deſcendere ad ſua ſingularia diſiunctiue, ſed quia contingit eum deſcendere & aſcendere ſimiliter, quod non eſt uerũ in propoſito, quia non ſequitur, ille homo currit, uel ille, & illi ſunt homines, ergo tantum homo currit.

¶Preterea regula eſt, quod omnis exceptiua propria repugnat ſuo proiacenti. Sed conta. nam ex illo ſequitur quod duo repugnantia poſſunt ſimul eſſe falſa, nullum animal preter equũm eſt homo, & nullũ animal eſt homo iſta ſunt ſimul falſa, & iſta repugnant ut patet per regulam. Huic dicatur concedendo regulam, & ſimiliter concedendo quod iſta duo repugnantia poſſunt ſimul eſſe falſa. Vt illa duo uos ſtatis & uos ſedetis, ſed duo repugnantia non poſſunt ſimul eſſe uera. ¶Sed contra ultimam particulam iſta ſunt ſimul uera. Vos differtis ab omni homine prererquam a uobis, & uos differtis ab omni homine, & illa duo repugnant, ut patet per regulam, ergo duo repugnantia poſſunt ſimul eſſe uera. Huic dicatur quod illa non repugnant, nec eſt ipſa exceptiua propria niſi cuius ſubiectum preiacentis ſtat confuſe & diſtributiue, ſed ſubiectum eius aſſignati ſtat diſcrete, ergo &c.

¶Item ab exceptiua negatiua ad suā exclusiuā affirmatiuā sem per est consequentia bona & econtra. Sed contra. tunc ualet ista consequentia nullus homo preter sortē currit, ergo tantum sortes currit. Sed quod illa consequentia non ualet probatur, & pono quod sortes currat, ita quod nullus homo alius uel alia a sorte currit, cū hoc quod asinus currat, sic antecedēs est uerū & consequens falsum. Huic dicatur concedendo regulam negando consequentiam, & dicendo quod illa non est exclusiua illius exceptiue, sed ista tantū sortes est homo masculus currens.

¶Item supponatur pro regula quod si antecedēs potest ee uerū sine consequente, illa consequentia non ualet. Sed contra, quia tunc ista consequentia non ualet homo currit ergo animal currit. Probatur & uolo quod illa propositio homo, quod est antecedens permaneat per totam horā, & quod consequens corrumpatur ante finem huius hore, sic antecedens est uerum sine consequente. Huic dicatur quod illud suppositum non est regula, sed illa est regula, quando illud quod primarie & adequate significat antecedens potest esse sine illo quod primarie & adequate significatur per consequens, non ualet consequentia. Et dicitur adequatum significatum cum cuilibet termino in propositione correspondet aliquid in significato.

¶Preterea supponitur, quod arguendo ab actiua ad passiuā est consequentia bona. Sed contra. tunc non ualet ista consequētia omnis homo uidet hominem ergo homo uidetur ab homine. Sed ꝓ non ualet probatur, & pono istū casum ꝓ sint plures homines, & omnis hō uideat seipsum solū, sic antecedens est uerum & consequens falsum, ut patet per exponentes. Huic dicatur admittendo regulā dicendo quod non est sua passiua, sed illa ab omni homine uidetur hō quia termini habent eodem modo supponere in actiua sicut in passiua. Sed in argumēto ly. homine in antecedente ratiōe uerbi stat confuse tantū, sed in consequente determinate. ¶Vnde passiua istius promitto tibi denariū, & ista, a me promittitur tibi denarius, & similiter passiua istius, omnis homo uidet hominem, est hec, ab omni homine uidetur homo.

¶Item supponitur hec regula. Arguendo a tota copulatiua ad alteram eius partē est consequentia bona. Sed contra. tunc ualet ista consequētia, uos differtis ab homine & ab asino. ergo uos differtis ab homine, sed ista cōsequentia non ualet: quia antecedens est uerum & consequens falsum. Huic dicitur concedēdo regulā & negatur consequētia, & distinguatur de antecedēte utrū ly. & tenetur copulatiue uel copulatim. Si tenetur copulatiue antecedens est impossibile, & tunc est cōsequentia bona. Si tenetur copulatim: tunc cōsequētia non ualet, nā antecedēs est uerū ut patet et per exponētes sic uos estis & hō & asinus sunt, & uos nō estis hō & asinus ergo &c. Nā hec nō ē regula, a toto copulato ad alterā eius partē sed a tota copulatiua ad alteram eius partem.

¶Item arguendo a parte disiunctiue ad totam disiunctiuam est consequētia bona. Sed illa consequētia nō ualet: uos differtis ab asino, ergo uos differtis ab homine uel ab asino. Sed ꝓ non ualet ꝓbatur: quia antecedēs est uerū & consequēs falsum. Huic dicatur admittendo regulā, & negatur consequētia facta & distiūguatur de cōsequēte. Eo ꝓ ly uel tenetur disiunctiue uel disiūctiui. Si tenetur disiūctiue consequēs est ita uerū sicut & antecedēs illo mō. Vos differtis ab hoie, uel uōs differtis ab asino, & sic consequens habet probari per

partes, & non ratione huius uerbi differt. Si tenetur disiunctim, cõsequẽtia nõ ualet sed antecedens est uerũ & consequẽs falsum ut patet ꝑ exponentes: & sic habet probari ratione primi termini probabilis. sed hec regula non tenet generaliter a parte disiuncti ad totum disiunctũ. Nam aliquando tenet sic argumẽtum. uos estis homo. ergo uos estis homo uel asinus. & aliquando non tenet ut hic. uos non estis asinus. ergo uos non estis homo uel asinus. Nota ꝙ arguendo a parte disiũcti ad totum disiunctum ubi distributio uel negatio precedit non ualet consequentia.

¶ Ab uniuersali ad suam singularem sine debito medio non ualet consequentia. Sed cõtra. hec est bona. omnis sol lucet. ergo ille sol lucet & tamen hic arguitur secũdũ regulam. ergo regula non ualet. huic dicatur ꝙ illud allegatũ non est regula sed hec est regula arguendo ab uniuersali affirmatiua ad suam singularẽ affirmatiuam sine debito medio. non ualet consequentia de forma. Vnde potest concedi quod predicta consequentia non ualet de forma: quãuis bene ualet de materia.

¶ Item omnis propositio uera & affirmatiua conuertitur cum seipsa dictione exclusiua addita totali predicato. Sed contra, tunc ista cõsequẽtia ualet. homo est asinus significat sicut est ergo homo est asinus. significat precise sicut est. Et ꝙ ista consequentia non ualet patet. ꝙ antecedens est uerum & consequens falsum. ꝙ antecedens sit uerum probatur ista. hõ est asinus significat sicut est. nam ista significat hoiem esse, & sic est ergo significat sicut ẽ, sic antecedens est uerũ. Et ꝙ consequens sit falsum, ꝓz per eius exponentes sic. homo est ãsinus significat sicut est. & non aliter ꝙ̃ est. quod est falsum. Huic dicatur admittendo regulam, & negetur consequentia facta, nec arguitur secundũ regulam. sed sic argueretur. homo est asinus significat sicut est· ergo homo est asinus. est precise significans sicut est. Aliter potest huic respondere, concedendo consequentiã non tamen propter regulam, quia non arguitur secundũ illã· sed quia isti tres termini. sicut est, precise sicut est, & nõ aliter ꝙ̃ est, conuertuntur, & concedendo ꝙ ista propositio. homo est asinus significat precise sicut est & non alter ꝙ̃ sicut est, sed non adequate & concedatur ꝙ hec propositio significat precise sicut est· & hoc sic probatur. hec significat sicut est, & non aliter ꝙ̃ est. ergo. &c. Vnde hec duo possunt concedi sicut nõ repugnãtes. hec significat sicut est. & hec significat aliter quam est, ut ille concedũtur. uos amatis hominem. & uos amatis non hominem.

¶ Similiter illa regula. Arguendo ab inferiori ad suum superius sine negatione, sine distributione, & sine aliqua dictione habente uim negationis uel distributionis prepositiua est consequentia bona. sed contra ex hoc sequitur, ꝙ necessarium est impossibile sic, animal esse hominem necessarium & animal esse hominem est impossibile ergo necessarium, est ipossibile, ꝙa animal esse hominẽ est necessariũ. patet per eius officiantes. quia asinũ esse hominẽ est impossibile. ergo animal esse hominum est impossibile. patet consequentia, arguitur ab inferiori ad suum superius siue negatione siue distributione. &c. antecedens patet de se. huic dicatur admittendo regulam, & negetur argumentũ & distinguatur de antecedente tam pro maiori quam pro minori. utrum tenetur in sensu composito uel in sensu diuiso, si utraq; tenetur in sensu composito, sic minor est falsum & impossibile, ut patet per eius officiantes si utraq; tenetur in sensu diuiso, sic maior est falsa, ut patet ꝓ resoluentes &. maior in sensu

composito, & minor in sensu diuiso, non ualet consequentia, sed añs est uerum & consequens falsum, & cum arguitur sic, asinū esse hominē est impossibile, ergo animal esse hoiem est impossibile, negatur consequentia. & distinguatur utrum consequens tenetur in sensn cōposito, uel in sensu diuiso. Si tenetur in sensu diuiso, concedat consequentia qa tunc arguitur secundū regu ā. Si tunc arguitur sic & consequens tenetur in sensu composito non ualet consequentia, nec arguitur secundū regulam, qa arguitur cum impedimento, s. cum negatione preposita quo ad debitum intellectū. unde concedatur ista in sensu composito, animal esse hominem est necessarium & concedatur ꝙ animal esse hoiem, est impossibile in sensu diuiso

Item regula est. In omni consequentia bona & formaliter quicqd sequitur ad consequens sequitur ad añs. Sed contra, hꝫ consequentia est bona, quadripedale est ergo bidepale est, sed hic aliquid sequtur ad consequēs, quod non sequitur ad añs, ergo regula non ualet, Minor sic ad consequens sequtur ista propō. pedale est maxima eius medietas, qa sequitur, bipedale est, ergo pedale est maxima eius medietas, sed illa propō non sequtur ad añs. Nam illa consequentia non ualet quadripedale est, ergo pedale est maxima eius medietas. Huic dicatur concedendo regulam & consequentiam factam & negetur ꝙ aliquid sequitur ad consequens quod non sequtur ad antecedens. Et dicitur ꝙ hec propō pedale est maxima eius medietas, sequitur eodem mō ad añs quo sequtur ad consequens, nam sequitur ad consequēs secundū ꝙ ly eius refertur ad ly bipedale & sic sequitur ad antecedens, quia hec consequentia est bona quadripedale est, ergo pedale est maxima eius medietas. i. bipedalis,

Item contra istam regulam, in omni consequentia bona & formali quicquid ad antecedens antecedit & consequens. Nā illa consequentia est bona, pater est ergo suus filius est, & tamen aliquid antecedit ad antecedens. quod non antecedit cōsequēs, quia illa propositio, filius antecedit ad añs, & nō consequens, nam sequtur. filius est, ergo pater est, sed nō sequitur filius est, ergo suus filius est. Huic dicatur concedēdo regulā & consequentiā factam. & dicitur ꝙ illa propō filius est. antecedit ad consequēs ipso mō quo illa pater est antecedit ad consequēs. nam illa ātecedit ad consequēs secūdū ꝙ ly suus refert ad ly pater. etiam sic filius est ātecedens ad consequens. Nā sequtur. filius est. ergo suus filius est id est patris filius

Alia regula. A negatiua de predicato finito ad affirmatiuā de predicato infinito cum constantia subiecti est consequentia bona. Sed contra illa consequentia non ualet. Aliqua propō non est uera cuius contrariū est falsum, & aliqua propō est, ergo aliqua propō est non uera cuius contrariū ē falsum, nam añs est ue⁊ pro maiori, qa eius oppositū est falsum & consequens est falsum. ut p3, ergo regula non ualet, uel non arguitur p regulam: Huic dicatur, ꝙ idem allegatum non est regula, sed illa est regula. A negatiua de predicato finito ad affirmatiuam de predicato infinito cum debitis circūstantijs, ut si predicatum non sit terminus multum compositus & specialiter ex termino relatiuo est consequentia bona, sed sic non est propō. Similiter ista consequentia non ualet. Aliquis homo non est pater qui genuit filium, & aliqs homo est, ergo aliquis homo est non pater qui genuit filium, antecedens est uerū & consequens falsum

Similiter supponitur hec regula, quod quādo negatio postpo-

nitur signo & subiecto tūc facit illam propōnem equipollentē illi q̄ añ aduētū illius negationis fuit eius contrarium. Sed contra illam arguitur, ex illa sequeretur q̄ nullum añal est probatur sic, nullū animal aīal est, ergo nullum anīal est. Antecedens probatur, omne aīal animal non est, ergo nullum animal anial est, p3 consequentia, ḡa hic arguitur ab eqpollente ad suum equipollens. Huic dicatur quod negatio postposita signo & subiecto si immediate postponatur termino distributo, tunc facit illam propōem equipollere illi propositioni que que ante aduentum illius negationis fuit eius contrariū. & tunc negetur quod nullum anīal est, & etiā quod nullum aīal anīal est, & tūc negetur consequētia cum arguitur, omne animal anīal non est, ergo nullum animal anīal est, ḡa non arguitur ab equipollente ad suū equipollens, quia negatio non postponit immediate termino distributo, sed sic argueretur, omne anīal non animal est, ergo. &c. sed tunc añtecedens est falsum. Sed contra istam correctionem regule probando, quod dfinus est ille homo, sic tm̄ aīal est ille homo, ergo nihil non animal est ille homo, pat3 consequentia, ḡa arguitur ab exponente ad secūdam eius exponentē, & ultra, nihil non animal est ille homo, ergo nihil non idem animali est ille homo, & ultra nihil non idem anīali est ille homo, ergo omne idē3 aīali est ille hō, consequentia p3 p regulam prius positā, & ultra, omne idem animali est ille homo. asinus est idem anīali, ergo asinus est ille homo, quod fuit intentum. Huic dicatur concedendo primā consequentiam & secūdam, & negando tertiam, & dr̄ quod non arguitur ab eqpollente ad suū eqpollens cū negatione postposita signo & subiecto, sed solū interponitur signo & subiecto & est pars subiecti, & ideo non facit eqpollentiam sed sic arguitur, nihil idem aīali non est ille homo, ergo omne idem animali est ille homo, sed iam antecedēs est falsum sicut & consequens, & consequentia est bona. ¶ Item de propō de contingenti ad utrūlibet h3 conuerti p oppositas qualitates. Sed contra, tūc ualet illa consequentia, contingit nullum motū esse hoiem, ergo contingit omnē motū esse hoiem, ḡa hic arguitur a conuertēte ad suam conuersam, sed illa consequentia non ualet, nam antecedēs est uer, ut p3 per eius officiantes & consequens est falsum. Huic dicatur concedendo regulam & tamē non est regula q̄d oīs propositio contingēs ad utrūlibet habet conuerti p oppositas qualitates, ḡa tunc esset illa bona, Tu curris, ergo tu non curris. Vnde in proposito sic argueretur, contingit nullum motum esse hoiem, ergo, contingit aliquod motū esse hominem, & sic est consequentia bona, & ad pticularem dicitur quod sufficit uniuersalem negatiuam conuerti in particuldrem affirmatiuam & non semp in uniuersalem affirmatiuam,

Item a conuertente ad suam conuersam est consequentia bona sed contra tunc ualet illa consequentia. Omne A erit uer, ergo quoddam uer erit A, sed ista consequentia non ualet, probatur, & pono quod a sit illa propositio, deus est, que iam est uera, & post hoc erit uera, ita quod illa nunq̄ post hoc erit A, iam antecedens est uer, & p3 per exponentes, & consequens est falsum, ut p3 p resoluentes. ¶ Huic dicatur concedendo regulam. Et negando consequentiā factā: ḡa nec arguit a conuertente ad suā conuersam, sed sic h3 argui. Omne uer erit a, ergo quoddam futur uer est uel erit A, quod est uerum

Item regula est quod uniuersalis negatiua habet conuerti simpliciter. S3 contra tunc ualet illa consequentia, nullus hō est mulier, ergo nulla mulier est homo, s3 añs est uer & consequēs falsu3. Huic dicatur, concedēdo regulā, & negādo consequētiā factā, ḡa uon arguitur debite, sed sic d3 argui, nullus homo est mulier, ergo nulla mulier est homo masculus.

¶ Item illa conſequentia non ualet, nullus ſortes fuit albus, ergo nullum albū fuit ſortes, improbatur in caſu, q̄ Sortes per aliquid tp̄s preteritum fuit niger cum hoc quod iā ſit albus, ſic antecedens est uerum & conſequēs falſum, ut p̄z p̄ eorū oppoſita, & ibi cum dicitur q̄ arguitur p̄ regulā ut apparet, Dicitur tamen q̄ conſequentia non ualet nec debite arguitur. ſed ſic debet argui. Nullus Sortes fuit albus, ergo nullum preteritū album est uel fuit Sortes & iam conſequēs eſt uerum in caſu poſito ſicut & antecedens

¶ Nota quod arguendo a cōuertente ad ſuam cōuerſam eſt cō ſequentia bona in conuerſione p̄ accidens, ſed non econtra niſi aliquando forte grā terminoꝝ & materie. Vnde illa conſequētia eſt bona, oīs homo eſt albus, ergo aliquod album ē homo, ſed econtra non ualet, ſic arguendo, quoddā albū eſt homo, ergo omnis homo eſt albus, nam improbatur in caſu quod ſor. ſit albus, & nullus homo alius a ſorte ſit albus, ergo, &c. Sed dicit q̄ ſufficit uniuerſalem conuerti in particularem affirmatiuam & non ſemper particularem affir. in uniuerſalem

Similiter arguendo ab inferiori ad ſuum ſuperius ſine aliquo impedimento eſt conſequētia bona: Sed contra. tunc ualet iſta conſequētia differens ab homine eſt: ergo differens ab illo hoīe eſt demonſtrando uos, q̄a arguitur ſecundum regulam, nam ſubiectū in antecedente eſt inferius ad ſubiectuꝫ in conſequente, q̄a quicq̄d eſt differens ab hoīe eſt differens ab illo hoīe, ſed nō econtra, & tamen iſta conſequentia non ualet ut p̄z, poſito quod ille hō demonſtratus in antecedente non ſit. Huic dicatur quod idē ſuppoſitū non eſt regula generalis, ſed fallit ubi terminus habens uim negatiōis eſt pars termini inferioris & ſuperioris ſed ſic eſt in propoſito, nam ly differens ab hoīe eſt inferius ad ly differens ab illo hoīe per regulam. Quādo terminus inferior & ſupior componuntur cum illo termino differens uel aliud, tunc compoſitū ex termino inferiori & differens uel aliud eſt ſuperius ad compoſitum ex termino ſuperiori & differens uel aliud ex qua regula patet, quod differens ab homine eſt inferior ad ly differens ab illo homine. Et tunc dicitur quod arguendo ab inferiori ad ſuum ſuperius ubi terminus habens uim negationis non eſt p̄s termini inferioris & ſupertoris deductis aliꝭ impedimentis eſt conſequentia bona

Similiter regula eſt a ſuperiori ad ſuum inferius cum negatiōe propoſita aliquando non tenet conſequentia, quia impeditur quando dictio habens in ſe uim negationis eſt pars termini inferioris & ſuperioris. Vnde dicit quod utraq; regula eſt generalis cum debito medio ut ſic arguendo differēs ab hoīe eſt, omne differens ab hoīe eſt differens ab iſto homine, ergo differens ab illo hoīe eſt. Debitum mediū autē uoco propōnem uniuerſalem in qua terminus ſuperior affirmatur de inferiori. In ſecundo argumento ſic arguetur, nullus differens ab homine eſt, & omne differens ab hoīe eſt differens ab illo homine, ergo nullum differens ab illo hoīe eſt

Similiter a ſuperiori ad ſuum inferius cum negatione uel diſtributione propoſita eſt conſequentia bona cum debito medio ſumendo debituꝫ medium ut prius. Exemplū, omnis homo currit, omne album eſt homo. ergo omne album currit, ſed ſine debito medio non ualet conſequentia, ut hic nō ualet. Omnis homo currit. ergo omnis ſortes currit. Aliter p̄ōt dici quod primū ſuppoſitum non eſt regula, ſed iſta. Arguendo ab inferiori ad ſuum ſuperius p̄ ſe ſine aliquo impedimento eſt conſequētia bona, ſed in propoſito arguitur ab

inferiori ad suū superius per accidens & sic non valet consequentia ante debito medio, unde inferius per accidens dicitur illud quod stat esse cū hoc q̄ suū superius non sit ut posito, q̄ sortes & P. sint albi tunc album dicitur illo modo superius ad sortem & P. Sed inferius per se est tale quod non stat esse nisi suum superius sit, & sic homo dicitur inferius ad animal.

¶ De modo dandi contradictoria, aliqua dantur notabilia.

¶ Primo notandū est quod quando est aliqua propō uniuersalis habens aliquā particularem sibi contradicentē, requirit q̄ termini in eis supponunt contradictorio modo, hoc est q̄ ille terminus q̄ stat in uniuersali confuse & distributiue in particulari stabit confuse tm̄ uel determinate. Et ille terminus qui in uniuersali stat confuse tm̄ in particulari stat confuse & distributiue, sicut hic. Omnis homo est animal & aliquid quod est homo non est animal.

¶ Ex quo patet quod ille due non stant contradictorie. Omnis homo homo est & aliquod quod est homo, homo non est, quia secundus terminus homo in utraq̄ propōne stat immobilitanter, id est non cōfuse distributiue.

¶ Item notandū est secundo, quod quādo est aliqua propō uniuersalis affirmatiua in qua sunt duo termini cōes ante principale uerbū si primus distribuatur & secundus non, tūc in eius oppositō negatio debet poni inter illos duos terminos uel signū uniuersale negatiuū, ut oppositū illius, omnis homo, hō est, est hoc aliqd quod est hō non hō est. ¶ Sed si sint duo termini cōmunes ante principale ꝟbū, quorū uterq̄ distribuit per signū uniuersale affirmatiuū, tunc in eius oppositō debet negatio poni post illos duos terminos, unde oppositū istius. Omnis hō, oīs homo est: & hoc aliquid q̄ est hō homo non est.

Tertio notandū est, quod si sint duo termini cōes ante principale ꝟbū quorū uterq̄ distribuit per signū uniuersale negatiuū, tūc in eius oppositō signū uniuersale debet poni inter illos duos terminos, ut oppositū istius Nullus homo nullus homo est, est hoc, aliquis homo nullus homo est.

Item nota quod si sit aliqua propositio non uniuersalis cuius subiectum est disiunctum ex duobus terminis, tunc eius oppositum debet dari per negationem prepositam toti, ut oppositum istius. Sortes uel Plato currit, est hoc. Non sortes uel plato currit, & sic de alijs.

Sequūtur regulę modales. De equipollentia.

AD cognoscendū earū equipollentias, quedā dātur regule Quarum prima est hec. ¶ Negatio precedens modum necessitatis mutat modum illum in modum possibilitatis, & dictum in contradictorium, sic est enim equipollentia. Verbi gratia, Non necesse est omnem hominem currere, equipollet huic, possibile est aliquem hominem non currere.

¶ Secunda regula est hec. Negatio precedens modū possibilitatis mutat modum possibilitatis in modum necessitatis & dictum in contradictorium. Verbi gratia. Non possibile est omnem hominem currere, equipollet huic. Necesse est aliquem hominem currere.

¶ Tertia regula est hec. Negatio precedens modū impossibilitatis mutat modum impossibilitatis in modum possibilitatis, & dictum cum eodem dicto. Verbi gratia. Non impossibile est omnem hominem currere, equipollet huic. Possibile est omnem hominem currere.

¶Quarta regula eſt. Negatio ſubſequẽs modũ neceſſitatis mutat modũ neceſſitatis in modũ impoſſibilitatis, remanente eodem dicto, uerbi gratia. Neceſſe eſt non omnem hominem currere, equipollet huic. Impoſſibile eſt omnem hominem currere.

¶Quinta regula eſt hec. negatio ſequẽs modũ poſſibilitatis nõ mutat modum ſed dictum in contradictorium, uerbi gratia. Poſſibile eſt nõ omnẽ hominẽ currere, equipollet huic. Poſſibile eſt aliquẽ hominẽ nõ currere.

¶Sexta regula eſt. negatio ſequens modũ impoſſibilitatis & prepoſito dicto mutat, modũ impoſſibilitatis in modũ neceſſitatis, manẽte eodem dicto cum negatione uel ſine negatione, ut impoſſibile eſt non omnem hominem currere, equipollet huic. Neceſſe eſt non omnem hominem currere.

¶Septima regula. negatio ſequens, tam dictum, quam modum neceſſitatis mutat illum in modum impoſſibilitatis: & dictum in dictum ſubalternũ ut neceſſe eſt omnẽ hominẽ nõ currere, equipollet huic, Impoſſibile eſt aliquem hominem currere, & ſimiliter huic. Neceſſe eſt nullũ hominẽ currere.

¶Octaua regula. negatio ſequens modũ & dictũ poſſibilitatis non mutat modũ, ſed dictũ in contrariũ, ut poſſibile eſt omnem hominem non currere. Equipollet huic. Neceſſe eſt nullum hominem currere.

¶Nona regula eſt. negatio ſequens modũ & dictũ impoſſibilitatis mutat modum impoſſibilitatis in modum neceſſitatis & dictum in dictum ſubalternũ, ut impoſſibile eſt omnem hominẽ nõ currere, equipollet huic Neceſſe eſt aliquem hominem currere.

¶Nota quod figura modalium ponitur in tractatu qui dicitur, luxta hunc textum ſecundum equipollentias, & hoc in undecimo argumento & hic ſimiliter patet.

¶Figura ſecunda modalium, in qua ſimiliter plenius patebit negatio precedens & ſequens.
¶Quomodo negatio mutat modum neceſſitatis.



¶Figura modi neceſſitatis.

¶Tertia figura de modalibus demonſtrans quomodo negatio mutat modum poſſibilitatis:



¶Sequitur tractatus argumentationis.

¶De conclusionibus consequentiarum.

IVxta hunc textū factum in libro Perihermenias ab Aristotele edito. De qualibet re singulari in modo existente dicitur alterum contradictoriū, & de nulla rerū dicunt ambo i. affirmatio & negatio sequitur, quod duo contradictoria incomplexa non possunt simul predicare cū eodē

¶Sed contra, aliqua consequētia est bona que nō ualet, ergo aliqua consequentia est bona & non bona &c. Antecedens probatur sic. Hec cōsequentia est bona. Quoddā album non est coloratum, ergo quoddam non coloratum non est non album, & hec eadem non ualet ergo &c. Et quod sit bona probatur, quia arguitur a conuertente ad suam conuersam per contrapositionē ergo bona. Et quod non ualet ꝓbatur, & pono istum casum ꝙ nullū album sit, tunc patet quod antecedens est uerum, scilicet quoddam album non est coloratum, quia eius oppositum est fuluſm, scilicet omne album est coloratum. Et ꝙ consequēs sit falsum arguitur sic, quia eius oppositum est uerum & necessariū, ergo consequens est impossibile. Antecedens probatur sic, hoc est necessarium omne non coloratum est non album, ut patet per exponentes.

¶Ad istud respōdetur quod cōuersio propositionū ꝑticulariū negatiuarū per cōtrapositionē nō ē gñaliter trahēda i cōsequētiā: qa nūq̄ualet cōsequētia i particularibus negatiuis, arguēdo a cōuertēte ad suā cōuersaz per cōtrapositionē nisi qñ añs est impossibile uel cōsequēs necessariū: Vñ nō segē

Sequtur tamen homo non est animal, ergo quoddam non animal non est nō homo, tamen non sequitur gratia cōuersionis, sed qa antecedens est impossibile, & sic de alijs. ¶ Dicendum tamen in uniuersalibus affirmatiuis conuersis p cō trapositionem teneri creditur generaliter argumentum, preterquā in terminis transcendentibus cuiusmodi sunt tales termini, s. ens, unum, res, & aliquid. Vt sequitur bene, omne album est coloratum, ergo omne non coloratum est non album, tamen non sequitur, omne ens est omne ens, ergo omne non ens est nō ens, propter causam predictā & sic pz isto modo quid generaliter est dicendū. Vnde uideas decimum argumentū & inuenies plenius quid sit dicendū de talibus argumentis, & quomodo sit respondendum ad ista.

Secundo sic, hec est bona & hec est non bona, ergo &c. Demō strando istam. Exclusum est exclusum, & nihil aliud quā exclusum, est exclusum, ergo tm̄ exclusum est exclusum, consequentia pz ab exponentibus ad expositum, & similiter consequens est necessarium, sicut sua uniuersalis, s. omne exclusum est exclusum. Et q̄ non ualet, pbatur, qa in omni exclusiua uera & affirmatiua predicatum uere dicitur de subiecto, & remouetur de opposito subiecti, sed in ista exclusiua predicatū dicitur tam de subiecto q̄ de opposito subiecti, ergo exclusiua falsa. Antecedens probatur pro minori, qa oppositū subiecti est exclusum, ergo hoc predicatū exclusum dicitur de opposito subiecti, & istud est predicatum exclusiue, ergo predicatum exclusiue dicitur de opposito subiecti, & istud est predicatum exclusiue, ergo predicatū exclusiui dr̄ de opposito subiecti, ergo &c. Antecedens probatur sic, quia ille terminus nō exclusum est exclusum a predicatione istius predicati exclusiuz, & iste terminus nō exclusum est oppositum subiecti, ergo oppositum subiecti est exclusum

Ad istud dicatur quod argumētum est bonū, & negetur quod predicatum istius exclusiue uere dicitur de opposito subiecti, & quando arguitur sic, oppositum subiecti est exclusum, ergo iste terminus exclusum dicitur de opposito subiecti, negetur argumentū, nam dicto oppositum subiecti est iste terminus non exclusum: qa non dicitur iste terminus exclusum de illo termino non exclusum nec per consequēs de opposito subiecti cum solum ille terminus non exclusum sit oppositum subiecti uel sibi synonymus, sed in ista p pōne data, dicitur ille terminus exclusum de illo termino oppositum subiecti, & non de opposito subiecti, cum sic dico, ille terminus non exclusum est exclusum, non dicitur ille terminus exclusum de illo termino non exclusum. sed de isto termino, ille terminus non exclusum, quod dicitur subiectum.

¶ Et conformiter contingit arguere & respondere de tali exclusiua. Tm̄ ens est ens, ille terminus non ens (qui est oppositum eiusdem) est ens q̄uis sit falsuz q̄ non ens est ens, sic falsum est, quod non exclusum est exclusum, &c. Et si arguitur sic, quod oppositum subiecti est exclusum, & non exclusum est oppositum subiecti, ergo non exclusum est exclusum ¶ Ad hoc dicatur q̄ si subiectū minoris, s. non exclusum q̄ est oppositum subiecti sumatur materialiter nō ualet argumentum, cum in consequente nec sumitur significatiue, & per consequens hic mutatur suppositio. Si tamen subiectum minoris, sumitur significatiue, tunc minor est falsa, & eius contrarium est uerum, uidelicet exclusum est oppositum subiecti. Similiter per suam conuersionem, nec est inconueniens cōcedere q̄ exclusum est oppositum subiecti in suppōne personali uel significatiua tamen non exclusum est oppositum subiecti in suppōe materiali, ita quod ille

OMnis proportio aut est communiter dicta, aut proprie dicta, aut magis proprie dicta. ¶Proportio communiter dicta est duorum comparatorum cuiuscunq; generis fuerint aliquo ī quo comparatur unius ad alterum habitudo, & talis proportio potest dici inter omnia equalia & inequalia, hoc est secundum magis & minus se habentia, & inter omnia similia, ideo inter ea ad que potest esse comparatio, aliquo modo pōt esse inter ea proportio cōiter dicta ¶Proportio proprie dicta est duorū comparatoruz adinuicem einsdem generis unius ad alteram habitudo, sed talis proportio non solum est inter quantitates, sed etiam inter quascunq; res eiusdem generis, siue sunt qualitates siue sunt quantitates, & sic de ceteris reperitur. ¶Proportio magis proprie dicta solū est inter quantitates, & diffinitur sic. Est duarum quantitatuz eiusdem generis unius ad alterum habitudo. Per hoc quod dicit eiusdem generis excludit q; inter substantiam & accidens non est proportio magis proprie dicta, qa substantia & accidens non sunt eiusdem generis.

Proportio magis proprie dicta dicitur duobus modis. Quedam eſt rationalis, & quedam irrationalis. Rationalis eſt illa que immediate denominatur ab aliquo certo numero, ut proportio dupla immediate denominatur, a duobus. ¶Proportio irrationalis eſt illa que immediate denoinatur ab aliquo certo numero, ut medietas proportionis duple immediate denomiatur, a proportione dupla, & proportio dupla immediate a duobus, ergo medietas proportionis duple denominatur a duobus. ¶Proportio rationalis differt a ꝓportione irrationali, quia proportio rationalis ſolum eſt inter quantitates commenſurabiles ſeu communicantes. proportio irrationalis ſolum eſt inter quantitates incommenſurabiles ſeu non communicantes reperitur.

¶Quantitates aũt cõmenſurabiles rationales ſeu cõicãtes ſunt ille quibus eſt una menſura, communis quãlibet illarum preciſe menſurans ſicut linea bipedalis & tripedalis, quarum utranque menſurat linea pedalis. Linea enim pedalis bis ſumpta menſurat preciſe & reddit bipedale, ter uero ſumpta preciſe menſurat, & reddit tripedale. ideo linea bipedalis & tripedalis ſunt quantitates commenſurabiles rationales ſeu communicantes.

¶Quantitates autẽ incõmenſurabiles, irrationabiles ſeu nõ cõicantes ſunt ille quibus non eſt una menſura communis quãlibet illarum preciſe menſurans, ſicut dyametrum & coſta quadrati, quia medietas coſte quadrati bis ſumpta minus reddit quam equaliter diametrum, ſimiliter ſi ter ſumatur magis reddit quam equaliter dyametrum. Similiter medietas dyametris bis ſumpta equaliter reddit dyametrũ, & ſi bis ſumatur nõ menſurat equaliter coſtam quadrati patet ergo quod dyametrum & coſta quadrati ſunt quantitates incommenſurabiles, irrationales ſeu non communicantes.

¶Figura.

Coſta quadrati



Coſta quadrati.

¶Proportio rationalis in numeris reperitur & in alijs quibuscũque quãtitatibus. Proportio irrationalis non inter nũero reperit. sed inter alias quantitates põt esse, & cã est, ga non sunt aliq duo nũeri significandi quin iter illos est proportio rationalis, ga illis est una mensura cõis quãlibet illarum precise mensurans, scilicet unitas.

¶Proportio magis proprie dicta dicitur dupliciter. Quedã est equalitatis, & quedã est inequalitatis. ¶Proportio equalitatis est duarũ quãtitatũ equalium adinuicem habitudo, sicut inter unum & unum, duo & duo. ¶Proportio inequalitatis est duarum quantitũ inequalium adinuicem habitudo. Et hec est duplex, quedam est maioris inequalitatis & quedam minoris inequalitatis. ¶Proportio maioris inequalitatis est habitudo maioris quantitatis ad minorem, ut due ad unum, tria ad duo. ¶Proportio minoris inequalitatis est habitudo minoris quantitatis ad maiores, ut unũ ad duo, duo ad tria.

¶Proportio maioris inequalitatis dicitur quinq; modis. Multiplex. Superparticularis. Superpartiens. Multiplex superparticularis. Et multiplex superpartiens.

¶Multiplex est habitudo maioris quantitatis ad minorẽ illam multotiens cõtinens. Et hec in species infinitas partitur. Si enim maior numerus bis contineat minorem, tunc est proportio dupla, & si ter tripla, & sic in infinitũ. Exemplũ proportionis duple, ut duo ad unũ, quattuor ad duo. Exẽplũ proportionis triple. ut tria ad unum, ix. ad iij.

¶Superparticularis est habitudo maioris quantitatis ad minorem semel illam continens eius partem aliquotam ultra. Pars aliquota est illa que aliquotiens sumpta reddit equaliter suũ totum. Pars uero non aliquota est illa que multotiens sumpta non reddit aliqualiter suum totum. Vt binarius respectu quinarij, & binarius respectu septenarij, & sic de singulis.

¶Hec uero proportio infinitam recipit sectionem. Vnde si maior numerus semel contineat minorem & medietatem minoris numeri ultra sexque altera proportio uocatur: qualis est proportio, tria ad duo, sex ad quattuor, nouem ad sex, & sic de singulis usque in infinitum. Si autem maior numerus semel minorem numerum contineat, & eius tertiam partem ultra se sexque tertia proportio uocatur sicut quattuor ad tria, octo ad sex, sedecim ad duodecim. & sic in infinitum. ¶Si autem maior numerus minorem numerum semel contineat & eius quartam partem ultra se, sexq; quarta uocatur, ut quinq; ad quattuor, decem ad octo, uiginti ad sedecim, & sic de alijs. Si autem maior quantitas semel minorem & eius quintam partem contineat sexque quinta uocarur, ut sex ad quinq;, & sic procedendo ut prius in numeris duplicando eos.

¶Superpartiens proportio est habitudo maioris quantitatis ad minorem illam semel continens & aliquas partes ultra ex quibus non fit aliqua pars aliquota respectu minoris nũeri. Et talis proprio infinitam recipit sectionẽ. Vnde si maior numerns semel minorem numerũ contineat & duas partes ultra quarum quelibet est tertia pars respectu minoris numeri ex quibus nõ fit aliqua pars aliquota respectu minoris, talis ꝓportio dicitur superbi partiens tertias, ut quinq; ad tres, decẽ ad sex, uiginti ad duodecĩ, & sic in infinitũ.

¶Si enim maior numerus semel minorem contineat,& tres partes aliquotas ultra,ex quibus non fit una pars aliquota respectu minoris quantitatis quæcunque libet est quarta pars respectu minoris.dicit proportio suptriptiens quarta qualis é hec proportio.viij ad iiij.&c.¶Et si maior quãtitas semel contineat minorẽ,& tales tres ptes ultra casum quelibet est quinta pars respectu minoris quãtitatis dicitur proportio suptripertiens quitas ut octo ad quinq· &c,

¶Multiplex est suppartícularis, est habitudo maioris quãtitatis ad minorẽ illã multotiẽs cõtinens.& eius partẽ aliquotã ultra. Vnde si maior numerus bis continet minorem & eius medietatem ultra:proportio dupla sex q̃ altera uocatur.Si ter minorẽ contineat proportio tripla sexta q̃ altera. Exemplũ primi.v.ad.ij.x.ad.iiij exẽplũ secũdi.viij.ad.ij.xiij.ad.iij.Si enim maior nũerus bis maiorẽ numerũ cõtineat. & eius tertiã partem ultra proportio dupla.sex q̃ tertia uocatur, & septem ad tria, & dupla sex q̃ quarta,ut nouem ad quattuor.

Multiplex uero suppartiens est habitudo maioris nũeri ad minorem illã multotiens cõtinens ad aliquas ptes ultra ex quibus nõ fit una pars aliq̃ta respectu minoris nũeri.¶Vnde si maior nũerus bis minorem contineat & duas partes ultra:quarũ quelibet est tertia pars respectu minoris numeri. Vnde si maior nũerus bis minorẽ contineat. & duas partes ultra quarũ quelibet est tertia pars respectu minoris numeri: dicitur proportio dupla superbipartiens tertias, qualis est hec proportio octo ad tria.¶Si uero maior nũerus ter minorẽ cõtineat & tres partes ultra.quarũ quelibet ẽ quarta pars respectu minoris numeri.ex quibus non fit una pars aliquota respectu minoris numeri dicitur proportio dupla supertripartiens quartas, qualis est est hec proportio ter undecim & quatuor.

¶Proportio minoris inequalitatis est habitudo minoris quãtitatis ad maiorẽ: cuius tot sunt species quot sunt propor tiones maioris iequalitatis,& eisdem noibus & cõsimilibus appellãtur isto termio sub superaddito,ut subdupla, subtripla.&sic de alijs subsuppticularis, subsuppartiẽs. Et ita de oibus alijs modis. quarũ omnes diffinitiões cũ exemplis prioribus innotescũt.¶Ex istis notãdũ est q̃ oĩs proportio iter duos terminos reperitur Et scis q̃ quãta est una quãtitas ad aliã tãta est una proportio ad aliã ut manifestũ est

¶Hec de proportionibus,nunc de proportionalitate dicetur.

MOdo sequitur secunda pars huius capituli, que de proportionalitate proportionum determinat.

Proportionalitas est ordo proportionũ,&dicitur tripliciter,s.proportionalitas,arithmetrica,geometrica, & armonica.¶Proportionalitas arithmetrica est quando sunt duo termini uel plures &equalis est excessus primi ad secundũ,& secundũ ad tertiũ,sicut duo ad tria,& sic de alijs. Vt sex ad quinq̃,quinq̃ ad quatuor,quatuor ad tria,tria ad duo,duo ad unum ¶Differentia siue excessus unius quantitatis ad aliã est illud ,per quod minor quantitas exceditur a maiori.¶Proportioualitas geometrica est quando sunt tres termini uel plures & equalis est proportio inter primũ &secundũ,sicut inter secundũ & tertiũ.Exemplum,ut octo ad quatuor,quatuor ad duo,duo ad unũ.¶Proportionalitas armonica est quando sunt tantũ ,tres termini & equalis est proportio inter primũ & secundũ,sicut est inter excessum primi ad scd̃

& ſecundi ad tertium. Exemplum, ſex quatuor & tria inter ſex & tria eſt proportio dupla et inter duo que eſt exceſſus primi ad ſecūdum, & unū que eſt exceſſus ſecundi ad tertiū eſt proportio dupla, ergo eadem eſt proportio, inter primum & tertium que eſt inter differentiā primi ad ſecundum, ſcd̄z ad tertiū

¶Et iſte proportionalitates differūt a diuicem quia tam arithmetrica quam geometrica in tribus terminis ad minus reperiūtur, & in q̄buſcunq; numeris pluribus, ſ̄z armonica tantum in tribus terminis reperitur, & in alio etiam differunt quia ultima ſ. armonica ſemper coutinua manet. ſed arithmrtrica & geometrica poſſunt eſſe diſcontinue & continue. ¶Proportionalitas arithmetrica continua eſt equalitus differentiar̄ per terminum cōem, uel terminos cōes copulata per unum terminū cōem uidelicet ſicut tria ad duo, ſic duo ad unum. Diſcontinua eſt equalitas differentiar̄ per nullum terminum cōmunem copulata, nec per aliquos terminos cōes copulata, ut ſicut ſe h̄z ſex ad quatuor, ita tria ad duo, uel ſicut quinq; ad quatuor ita tria ad duo. ¶Proportionalitas geometrica continua eſt ſimilitudo proportionum p̄ unum terminū cōem medium uel p̄ plures terminos medios copulata per unum terminū, ut ſicut ſe habet. iiij. ad, ij, ita. ij. ad unum, per plures terminos, ut ſicut ſe habet. 8. ad, iiij, ita, ij, &, ij, ad unum.

¶Diſcontinua eſt ſimilitudo proportionū per nullū terminū cōem, uel per aliquos terminos cōes copulata, ut ſicut ſe h̄z. 8. ad, 4, ita duo ad unum. ¶Medietas ſiue proportionalitas geometrica continua & diſcontinua differunt inter ſe in hoc q̄ continua tribus terminis uel pluribus quibuſcunq; inuenietur. Diſcontinua uero in quatuor terminis ad minus, & in quibuſdam pluribus inuenitur. Aliter etiam iſte differunt in hoc, q̄ in proportiōe continua oportet omnes tres terminos in genere conuenire, ſed in diſcontinua poſſunt aliqui termini in genere diuerſari, ut ſicut ſe habet chorda ad chordam ſic ſe habet ſonus ad ſonum, & ſicut ſe habet hoc corpus ad hoc corpus, ſic ſe habet hec potentia ad potentiam.

PRoportionalia ſunt illa, que in aliqua proportionalitate conueniunt. Et dicuntur tripliciter. Quedam dicuntur proportionabilia proportionalitate arithmetrica, quedā geometrica, & quedā armonica, proportionalia proportionalitate arithmetrica ſunt illa quor̄ differētie ſunt equales. Proportionalia proportionalitate geometrica, ſunt illa quor̄ proportiones ſunt eedem uel equales. Proportionalia proportionalitate armonica ſunt illa quorū extremorū & differentiarū proportiones ſunt ſimiles uel equales. Et hec omnia in ſuis exemplis poſſunt per predicta patere, ex quo patet q̄ terminarius numerus eſt pauciſſimus numerus in quo proportionalitas reperitur, et nullus eſt maximus in quo proportionalitas exiſtit

Proportionalia proportionalitate geometrica dicitur duobus modis ſ. permutatim proportionabilia, & econtrario

Proportiodalia proportionalitate permutatim. Sunt illa quor̄ ſicut ſe habet añs unius proportionis ad antecedens alterius proportionis ita ſe habet conſequens unius & conſequens alterius (uerbi grā), ſicut ſe habet octo, ad quatuor, ita duo ad unum ergo nūc permutatim, ſicut ſe h̄z octo ad duo, ita quatuor ad unū, & ideo ibi quatuor termini proportionabiles p̄mutatim exi-

stunt & econtrario. Proportionalia proportionalitate geometrica sunt illa quorum sicut se hꝫ consequens unius ad antecedens suū, sic se habet consequens alterius ad antecedens suum, uerbi grā, sicut octo ad quatuor, ita duo ad unū, & & econtra sicut quatuor ad octo, sic unum ad duo

Proportionalitas geometrica dicitur quatuor modis. Disiūcta, s. Coniuncta, Euersa & econtra. ¶ Disiuncta est quorumlibet antecedentiū ad sua consequentia separatim proportionū equalitas, ut sicut se habet octo ad quatuor, ita duo ad unum. ¶ Coniuncta proportionalitas geometrica est quorūlibet antecedentium cum suis consequētibus indisiuncta, seu proportionalitate simplici unius antecedentis cum suo consequente ad proprium consequēs proportionū similitudo, ut, 8, 4, 4, & unum, ut sicut se hꝫ, 8. &, 4, ad, 4, & unum, ita duo & unum ad unum. ¶ Euersa est quorūlibet antecedentiū cum suis cōsequentibus in disiuncta seu proportionalitate simplici unius añtis cum consequente ad aliud añs, & cuiuslibet alterius añtis istarū cum suo consequente ad proprium añs proportionum similitudo, ut sicut octo & quatuor ad octo, ita duo & unum ad duo. ¶ Econtra est quando sunt duo ordines numerorum, & in utroq; nūero sunt tres uel plures termini, & sicut se hꝫ primus terminus primi ordiuis ad suum secundū, sic se habet primus terminus secūdi ordinis ad suum secundum, & sicut se habet secundus terminus primi ordinis ad suū tertiū, sic se habet secundus terminus ordinis ad suum tertium, ut

Octo quatuor duo.	8.4.2.
Quatuor, secundo, uno.	4.2.1.

¶ Consimiles etiam diffinitiones proportionalitate arithmetrica & proportionalibus illis proportionalitate equaliter differentiarū poterunt adoptari.

NVnc superest tertia pars huius capituli. Premittens quasdam suppositiones. Prima est hec. Omnes proportiones sunt eedem uel equales quaꝝ denominationes sunt eedem, uel equales. ¶ Secūda suppositio est hec, si sint tres termini tantū, quorum primus est maior secundo, secundus maior tertio, proportio primi ad ultimum componitur ex illis, hoc est componitur ex proportione primi ad secundum, & secundi ad tertium,

¶ Tertia suppō est, si sint tres termini uel plures, quoꝝ primus est maior secundo, secundus maior tertio, proporrio primi ad ultimum componitur ex illis

¶ Quarta est hec, si sint duo equalia comparata ad aliquod tertiuꝫ, eadem erit propō inter unum & illud tertiū sicut inter reliquum illorum, & illud tertiuꝫ.

¶ Quinta. si sint due quantitates inequales comparate ad aliquod tertium, maior erit proportio minoris quantitatis ad illud tertium q̄ maioris ad illud tertium, & econtra. maior erit proportio tertij ad maiorem q̄ ad minorem.

¶ Sexta suppō est hec, quādo aliquid componitur ex duobus equalibus, illud compositum est duplum ad quodlibet illorum. Et si fuerit compositum ex tribus, est tertium ad quodlibet illorum. ¶ Septima suppō est, quando aliquid componitnr ex duobus inequalibus, illud compositum est plus quam duplum ad minus, & minus q̄ duplum ad maius. Exemplum tripedale cōponitur ex pedale & bipedale. & est plus quā duplum ad pedale & minus quā duplum ad bipedale, quod est maius. ¶ Est et una suppositio si fuerint quatuor q̄titates proportionales adinuicem, si fuerint prima illarum maxima, & ultima istarum minima, primam & ultimam pariter acceptis ceteris duobus maiores necesse est esse,

Iſte autem qnincꝫ prime ſuppoſitiones ſunt probate per encliden,& due ultime ſatis patent per rationem.

Prima cōcluſio eſt hec.Si ſint tres termini proportionales proportionalitate geometrica,& primus terminus eſt maior ſecundo,ſecundo maior tertio,& ſi fuerit proportio maioris inequalitatis proportionalitate geometrica,ut unum ad duo,duo ad tria,proportio primi ad ultimum eſt preciſe dupla ad proportionem primi ad ſecūdum,& ſecundi ad tertiū. Et hoc probatur & capio iſtos tres terminos,octo,quatuor,& duo,tunc arguitur ſic,inter octo & quatuor eſt proportio dupla,& inter duo & quatuor eſt eadem proportio, ergo ille proportiones ſunt ſimiles conſequentia patet per primam ſuppoſitionem; Tunc arguitur ſic per ſecundam ſuppōnem,qñ ſunt tres termini,&c. & hic ſunt tales tres termini,ergo proportio primi ad ultimum componitur ex illis & iſti ſunt equales,ut probatum eſt ergo componitur ex duobus equalibꝫ ergo eſt dupla ad quodlibet illorum,conſequentia tenet per ſecundam ſuppoſitionem,

Secunda concluſio eſt hec. Si ſint quatuor termini proportionales proportionalitate geometrica,proportio primi ad ultimuꝫ eſt tripla ad proportionem primi ad ſecundum,&c.Hoc probo ſic, & capio iſtos quatuor terminos,octo,quatuor.duo,& unum.Tunc ſic. Hic ſunt quatuor termini,& primus eſt maior ſecundo,ſecundus maior tertio,&c,ergo proportio primi ad ultimū componitur ex illis,conſequentia tenet per tertiam ſuppōnem ſꝫ equalis eſt proportio primi ad ſecundum,& ſic de alijs,ergo proportio primi ad ultimum componitur ex tribus equalibus,& per conſequens eſt tripla ad quēlibet iſtarꝫ,conſequentia tenet per ſextam ſuppōnem Et ſi ſint quincꝫ termini proportio primi ad ulrimum eſt quadrupla,&c,& ſic in infinitum.

Tertia concluſio eſt hec.Si fuerint tres termini,&primus fuerit plus q̄ duplus ſecundi,ſecūduſcꝫ equaliter duplus tertij, proportio primi ad tertium erit minor quā dupla ad proportiōem primi ad ſecundum,& maior quā dupla ad proportionem ſecundi ad tertium. Hoc probo ſic,& capio iſtos tres terminos,ſex,duo,unum. Tunc arguo per ſecundam ſuppōem.Si ſint tres termini,&c.ſed hic ſunt tres tales termini,ergo proportio primi ad ultimum cōponitur ex illis,ſed maior eſt proportio primi ad ſecundum,q̄ ſecundi ad tertium,ergo proportio primi ad ultimnm componitur ex duobus inequalibus,ergo eſt plus q̄ dupla ad minus,& minus q̄ dupla ad maius, conſeqnentia tenet per ſeptimam ſuppōnem,ſed magis eſt proportio primi ad ſecundū q̄ ſecundi ad tertium,ergo proportio primi ad ultimū eſt minor q̄ dupla ad proportionem primi ad ſecundū.& maius quam dupla ad proportionem ſecundi ad tertium,ſed proportio primi ad ultimum eſt proportio ſextupla,& proportio primi ad ſecundum eſt proportio tripla, & proportio ſecundi ad tertium eſt dupla,ergo proportio eſt minor quā dupla ad proportionem triplam,& maior q̄ dupla ad propoſitionem duplam.

Quarta concluſio eſt hec. Si fuerit primum equaliter duplum ſecundi,fuerit ſecundum maius quam duplum tertij,proporſio primi ad ultimum erit minor quam dupla ad proportionem ſecundi ad tertiū,probatur ſic & capio iſtos terminos,ſex,tria,uuum.Tunc arguo per ſecundam ſuppōnem ſi ſint tres termini,&c,ſed hic ſunt tales tres termini, ergo proportio primi ad

timum componitur ex illis, ſed maior eſt proportio ſecundi ad tertium quam primi ad ſecundum, ergo componitur ex duobus inequalibus, & per conſequẽs eſt plus quã dupla ad minus, & minus quam dupla ad maius, ſed maior eſt proportio ſecundi ad tertium q̃ primi ad ſecundum, ergo proportio primi ad ultimum eſt minor quã dupla ad proportionem ſecundi ad tertium, ſed proportio primi ad ultimum eſt proportio ſextupla, & proportio primi ad ſecundus eſt proportio dupla, & proportio ſecundi ad tertium eſt proportio tripla, ergo proportio ſextupla eſt minor quam dupla ad proportionem triplam, & maior quam dupla ad proportionem duplam.

¶ Quinta concluſio eſt. Si fuerit primum minus quam duplum ſecundi fuerit q̃ ſecundus equaliter duplum tertij, proportio primi ad ultimus erit maior q̃ dupla ad proportionem primi ad ſecundum, & minor quã dupla ad proportionem ſecundi ad tertium. Hoc probatur & capio iſtos tres termios, ſex, quatuor, duo. Tunc arguo per ſecundam ſuppõem. Si ſint tres termini, &c ſed hic ſunt tales tres termini, ergo proportio primi ad ultimum componitur ex illis, ſed iſte proportiones ſunt inequales, ergo proportio primi ad ultimum componitur ex inequalibus, ergo eſt plus q̃ dupla ad minus, & minus quã dupla ad maius, ſed maior eſt proportio ſecundi ad tertium quã primi ad ſecundum, ergo proportio primi ad ultimũ eſt maior quam dupla, ad proportionem primi ad ſecundum, & minor quã dupla ad proportionem ſecundi ad tertiũ, & ſic tripla maior eſt, quã dupla ad ſex qui alterã minor quam dupla ad proportionem duplam, &c. ut patet intuenti, ergo, &c.

¶ Sexta concluſio eſt hec. Si fuerint tres termini quorum primus eſt duplus ad ſecundum fueritq; ſecundus minus q̃ ſecundus ad tertiũ proportio primi ad ultimũ erit maior quã dupla ad proportionem ſecũdi ad tertiũ, probatur ſic. & capio iſtos tres terminos, octo, quatuor, tres tũc arguo per ſecundã ſuppoſitionẽ. Si ſint tres termini. &c, ſed hic ſũt tales tres termini. ergo. &c. ſed ille ſunt inequales. ergo proportio primi ad ultimũ componitur ex inequalibus duobus. ergo. &c. Sed maior eſt proportio primi & ſecũdi q̃ ſecundi ad tertiũ. & ꝓportio primi ad ultimũ eſt dupla ſuperbipartiens tertias. & proportio primi ad ſecũdum eſt dupla, & ſecundi ad tertiũ ſexq; tertia, ergo proportio dupla ſuperbipartiens tertias eſt maior quam dupla ad ſexq; alteram, & minor quam dupla ad proportionem duplam

¶ Sexta concluſio eſt hec. in proportione equalitatis nulla eſt maior nec minor proportio equalitatis, probatur, q̃a omnes proportiões equalitates ſunt equales, ergo nulla eſt alla maior neq; minor, nec proportio inequalitatis eſt maior equalitatis proportione, quia non proportio minoris nec maioris inequalitatis, & oĩs proportio inequalitatis, aut eſt minoris inequalitatis aut maioris inequalitatis, ergo concluſio uera. Probatus eſt nunc q̃ ꝓportio equalitatis proportione equalitatis non eſt maior neq; minor. Iam probat q̃ proportio maioris inequalitatis non erit maior proportione equalitatis nec minor. quia ſi ſit maior ergo proportio que eſt inter quatuor & unus eſt dupla ad proportionem que eſt inter. ij. &, ij, & eum arguitur ſic, proportio. iij. ad. i. eſt dupla ad proportionem ſecũdi ad ſecundũ, ergo proportio ij ad, ij. eſt ſubdupla ad iſtam, & proportio dupla ad unus, & ſubdupla ad eam, ergo ille proportiones ſunt equales, ij. ad. ij, & ij. ad, i. conſequentia p̃z per primam ſuppõnez. Tunc arguitur ſic, ille proportiones, ij, ad, ij, & ij, ad, i, ſunt equales, & antece-

dentia ſunt equalia.& antecedentia ſe habent inequali proportione ad ſua cō-ſequentia . ergo conſequentia ſunt equalia . ſed illud eſt impoſſibile ergo illud ex quo ſequtur.Iam probatur ecōtra. ꝙ proportio equalitatis nō ſit maior proportione maioris inequalitatis:quia ſi ſit.ergo proportio.iiij.ad.iij.eſt dupla ad proportionē.ij.ad.i.tūc arguitur ſic proportio.iiij.ad.iiij.eſt dupla ad ꝓportionem.ij.ad .i.& proportio ij.ad i.eſt dupla ad eā.ergo iſte proportiones, iiij ad.iiij,&.ij.ad.i.ſunt equales & antecedētia ſunt equalia.& antecedentia ſe habēt inequali proportione ad conſequens.ergo conſequentia ſunt equalis .ergo.iiij.&.i.ſunt equalia quod eſt impoſſibile·ergo illud ex quo ſequitur.

¶ Iam arguo.ꝙ proportio minoris inequalitatis nō ſit minor proportione equalitatis, nec minor& primo probo ꝙ non ſit maior quia ſi ſic probatur ꝙ proportio unius ad duo eſt dupla ad proportionem unius ad unū ergo proportio unius ad unum eſt ſubdupla ad eam,& proportio unius ad .iij eſt ſubdupla ad eam,ergo ille proportiones unius ad,4.& unum ad unum ſunt equales,conſequentia tenet,ut prius,& tunc ille proportiones ſunt equales & antecedentia ſunt equalia, & antecedentia ſe habent in equali proportione ad ſua conſequentia,ergo ſua conſequentia ſunt equalia, ergo quatuor in unum ſunt equalia,conſequens eſt impoſſibile,ergo illud ex quo ſequitur

Iam probatur econtra, quod proportio equalitatis non ſit maiori proportōe minoris inequalitatis,& arguitur ſic,&ponatur ꝙ proportio unius ad unum ſit dupla ad proportionem unius ad quatuor,tunc arguitur ſic, proportio unius ad unum eſt dupla ad proportionem unius ad duo,& proportio unius ad duo eſt dupla ad eam,ergo iſte proportiones ſunt equales unius ad unū, & unius ad duo, conſequentia,tenet ſicut prius,& antecedentia ſunt equalia.& antecedentia ſe habent inequali proportiōe ad ſua conſequētia, ergo ſua conſequentia ſunt equalia,ergo duo,& quatuor ſunt equalia quod eſt impoſſibile,ergo illud ex quo ſequitur.Quintam ſequitur concluſionem eſſe ueram ꝙ quamlibet eius partem. ¶Sed contra iſtam concluſionem arguo ſic & capio iſtos tres terminos,ſex,quatuor,ſex,tunc per ſecundam ſuppōnem proportio primi adultimum componitur ex proportione primi ad ſecundum, & ſecūdi ad tertium,& oīe compoſitum quacunq; parte ipſius eſt maius,ergo proportio primi ad ultimum eſt maior proportione primi ad duo,& etiā duo ad tres & proportio primi ad ultimum eſt proportio equalitatis, & proportio primi ad ſecundum eſt proportio maioris ꝛequalitatis, & proportio ſecūdi ad tertiū'. eſt proportio minoris ꝛequalitatis.ergo proportio equalitatis eſt maior proportione maioris inequalitatis.& etiam minoris inequalitatis.

¶ Pro illo dicitur ꝙ ſecunda ſuppoſitio intelligitur,prout ipſa ibidem inſcribitur:& hoc eſt ſi primus terminus eſt maior ſecūdo, & ſecūdus maior tertio,ſed ſic non eſt in propoſito.Aliter contra eandem concluſionē arguitur ſic,& capio iſtos terminos,ſex,quatuor,& quatuor,tunc arguo ꝙ quintam ſuppōnē maior eſt proportio inter ſex & quatuor,q̄ inter quatuor & quatuor & proportio ſex ad,4, eſt proportio maioris inequalitatis & ꝓportio quatuor ad quatuor eſt proportio equalitatis , ergo proportio maioris inequalitatis eſt maior proportione equalitatis. Pro iſto dicitur ꝙ quinta ſuppoſitio intelligitur de duobus inequalibus comparatis ad aliquod tertiuꝫ in eodem genere,ſed ſic non eſt hic.

¶ Tertio contra iſtam concluſionen arguitur ſic & capio tres

terminos, sex, sex, sex tunc per primam conclusionem adiuncta secunda suppõne proportio primi ad ultimū est dupla ad quod licet eam, ergo una proportio inequalitatis alia est maior. Pro illo dicitur q̄ prima conclusio est uera, ubi est proportio maioris inequalitatis primi ad secundum, & secundi ad tertium, & intellectus secunde suppõnis patet ex predictis, & sic cessat obiectio. ¶ Hic sequitur de quinta opinione geometrica suppõ est, q̄ nulla proportio maioris inequalitatis proportione minoris est maior uel minor. Ista sicut precedentis, per impossibile declarabis & deduces ad hoc impossibile. s. q̄ aliqua proportio maioris inequalitatis & aliqua minoris sunt equales, & p̄ consequens aliquod & minus illo adinuicem adequatur quod est impossibile.

SEquitur iam quarta pars huius tractatus in qua determinatur penes quid habet uelocitas in motubus attendit diuersas opiniones p̄tractans, quarū prima est hec, & ponit uelocitatem in motubus seq̄ excessum potentie motoris ad potentiā rei mote, hoc est si sint due potentie & due resistentie & per maiorem excessum excedit prima potentia suam resistentiā q̄, z, ad suam, tunc maiori uelocitate mouet prima potentia suam resistentiā q̄ z suam. Exemplum, ut si A sit una potentia ut octo, & B sua resistentia ut quatuor C. una alia potentia duo, D, sua resistentia ut unum, tunc per istā opinionem in quadruplo maiori uelocitate mouet prima potentia suam resistentiam q̄ secunda suam, quia in quadruplo per maiorem excessum excedit prima potētia suam resistentiam q̄ secunda suam. Prima enim excedit suam resistentiam p̄ quatuor, &, ij, per. i. & excessus ut quatuor est quadrundus ad unum, ergo in quadruplo maior est excessus prime potentie ad suā resistentiā q̄ duo ad suam.

¶. Pro ista opinione uidetur esse philosophus secundo de celo in fine, ubi uult q̄ proportionaliter secundum equipollentias contingit mouere, id est secundum excessus, & ex dictis autoris septimo phisicorū commento, 35, ubi dicit quod uelocitas propria unicuiq̄ motui sequitur excessum potentie motoris super potentiam moti

Ista tamen opinio multis modis destrui potest. Contra quam opinionem arguitur sic. Data ista opinione sequitur quod aliquo motore potētie motiue mouetur aliquod mobile potentie resistētie per aliquod spacium in aliquo tempore medietatis motoris non moueret medietate moti per equale spacium in aliquali tempore, sed totum per medietatem spacij, q̄a totus motor uel tota potentia motiua excedit totum motum uel totam resistentiam per totum excessum, sed medietas motoris excedit motionem moti per medietatem excessus ergo in duplo uelocius penes hanc opinionē mouetur totus motor cū tota resistentia q̄ medietas motoris cum medietate resistentie, ergo in equalita tem partis totus motor mouetur tantam resistentiam per totum spacium quo tempore medietas motoris mouebit motum resistentie totum per medietatem spacij. Et falsitas patet per Aristotelē septimo phisicorū, ubi dicit in fine, & probat hanc conclusionem. Si aliqua potentia moueat ad mobile per aliquod spacium in aliquo tempore inequaliter mouebit per idem spacium in equali tempore. Dicit enim quod ita esse habet & secundum eandem proportionem inequalitatis ad medietatem sicut totum ad totum, ergo motus sunt & equoces,

Secundo data iſta opiniõe ſequitur ex duobus motoribus diuiſim mouetibus duo mobilia ꝓequale ſpacium in equali tempe ſecundi duo motores non moterunt coniunctim iſta duo mobilia coniuncta per equale ſpacium in equali tempore. Sed per ſecundum ſpacium conſequentia tenet, quia exceſſus iſtorum duorum coniunctorum adinuicem duo mobilia coniũcta eſt duplus ad exceſſum unius motoris iſtorum ſup ſuum mobile ubi ergo in numeris quibus binarius excedit unitatem per unitatem. Duo aũt binarij qui quaternarium conſtituũt excedunt duplas, duplas unitates que exiſtunt qua itas per equalitatem que eſt dupla ad exceſſum binarij ſuper unitatem, & ita eſt in omnibus alijs ubi dupla exceſſa a dupla exceſſibus equaliter extenduntur. Et falſitas iſtius cõcluſionis patet per Ariſtotelem ſecundo phyſicorum ubi prius probat hanc concluſionem. Si due potentie diuiſim mouent duo mobilia diuiſa per equalia ſpacia in equali tempore, iſte due potentie coniuncte mouebunt iſta duo mobilia cõiuncta per equale ſpacium in equali tempore, ſicut enim ſe habet motus compoſitus ad motum compoſitum ſic motus ſimplex ad motum ſimplicem.

Tertio contra banc opinionem arguitur ſic. Data illa opiniõe ſegtur ꝙ ex proportione geometrica ſunt ſimilis nature proportionum motoris ad ſua mota, non ſequitur equalitas uelocitatum motuum: & hoc quia non eſt ibi equalitas exceſſuum, eadem enim proportio eſt duo ad unum, & ſex ad tria, exceſſum tantum unius eſt unitas, & exceſſus alterius eſt ternarius. & illud eſt directe contra Ariſt. 7. phiſicorum in fine & in multis alijs locis, ubi ſemper ex equalitate proportionũ motoris ad ſua mota arguit uelocitatem in motubus, nec poteſt dici Ariſt. intendit propter proportionem proportionalitate arithmetrica ubi eſt equalitas exceſſuum, ut dicunt quidem. Secundo enim phiſicorum probat phũs ſecundam concluſionem. Si aliqua potẽtia moueret aliquod mobile per aliquud ſpacium in aliquo tempore inequalitas motoris mouebit medietatem moti per equale ſpacium inequaliter, quia ſic ſe habebit & ſcẽm eadem proportionem inequalitas ad inequalitatem, ſicut totus motor ad totũ

SEquitur de quinta opinione que eſt uera Et ponit quod uelocitas motus ſequitur proportionem geometricam

¶Sententia illius opinionis eſt hec. Si ſint due potentie & due reſiſtẽtie & maior eſt proportio inter primam potentiam & ſuam reſiſtẽtiam quã inter ſecundam & ſuam reſiſtentiam, uelocius mouebitur prima potentia ad ſuã reſiſtentiam quã ſecunda ad ſuam reſiſtentiam ſicut una proportio eſt alia maior ita una uelocitas eſt alia maior. Exemplum. Sit A, una potentia ut octo. B, ſua reſiſtentia ut duo, ſit C. una potentia ut quatuor. D una reſiſtentia, ut duo, moueat A, cum B, & C, cum D. tunc per illam opinionem in duplo uelocius mouebit A, cum B, quã C, cum D. quia in duplo eſt maior proportio inter a, & b, quã inter c, & d, illa opinio ꝓ3 per Ariſt. 7. phiſicorum, & ubi dicit uelocitas motus, ſegtur ad quantitatis proportionem, ideo ſi fuerit proportio maior, tanto uelocior erit motus, & quandocunq; erit proportio minor, tãto motus erit tardior per Ariſt. 7. & cõmento. iij, &, 8. Ex duplicatione proportionis potentie motoris ad motum arguit duplationem uelocitatis in motu, ſic dicens.

Si proportio potentie motoris ad motum ſit dupla illius proportionis, ſic uelocitas erit dupla ad aliam uelocitatem. ergo &c.

¶Preterea non uidetur alia poſitio qua poteſt ratiõ aliter ſaluari propoſitio uelocitatũ in motibus niſi aliqua dictarum quinq; quattuor pri-

mẽ ſunt deſtructe, tm̃ ergo remanet quinta uera, ſic ergo patet concluſio ꝙ proportio uelocitatū in motibus ſequitur proportionem geometricam &c.

¶ Iuxta illam opinionem ſunt concluſiones plures concedẽde. Quarum prima eſt hec. ¶ Si una potentia & ſe habeat in ꝓportione dupla ad ſuam reſiſtentiam duplata potentia ſtante reſiſtentia duplicabitur & motus. Hoc probo ſic. Et ſit A una potentia ut octo. B una potentia ut quattuor. C una reſiſtentia ut duo. Tunc per illam concluſionem, ſi fuerit proportio maioris inequalitatis primi ad ſecundū, & ij. ad iij. &c ſed hic ſunt tales tres termini, & equalis proportio primi ad ſecundū, & ſecundi ad tertiū, ergo proportio primi ad ultimū eſt dupla ad quālibet earū, & motus ſequitur proportionem ergo in duplo mouebitur uelocius A cū C, quam B cum C. ſed ſi octo dupletur tanta uelocitate B cum C, ſicut A nunc mouetur cum C. ergo concluſio uera.

¶ Secunda concluſio eſt hec. Si aliqua potentia ſe habeat in proportione dupla ad ſuam reſiſtentiam in duplo uelocius ſufficit illa potentia mouere cū medietate illius reſiſtentie quam cum tota reſiſtentia. Hoc probatur ſic ſit A una potentia ut octo. B ſua reſiſtentia ut quattuor, & C alia reſiſtentia ut duo. Tunc arguo per primam concluſionē. Si fuerit proportio maioris inequalitatis primi ad ſecundū, ſecundi ad tert. ū &c. ſed hic ſunt tales tres termini, ergo proportio primi ad ultimum eſt dupla ad quamlibet illarum, & motus ſequitur proportionem, ergo in duplo uelocius ſufficit A moueri cum C, quam cum B, & C eſt medietas B ergo concluſio uera.

¶ Tertia concluſio eſt hec. Si fuerit aliqua potentia ſe habens in maiori proportione quam dupla ad reſiſtentiam, duplicata potentia ſtante reſiſtentia, non duplicabitur motus. Probatur iſta concluſio ſic. Sit A una potentia ut ſex. B ſua reſiſtentia ut duo. C una potentia ut duodecim. Tunc arguo per quartam concluſionem ſecunde partis, ſcilicet ſi fuerit primū equaliter duplū ſecundi fueritq; ſecundum maius quam duplum tertij &c. ſed ſic eſt in propoſito ergo proportio primi ad ultimum eſt minor quam dupla ad proportionē ſecundi ad tertiū, ſed motus ſequitur proportionē, ergo non in duplo uelocius mouebitur B cū C, quam A cū B, ſed cum ſex. i. a dupletur, tunc tanta uelocitate ſufficeret a moueri cū B, ſicut C, nūc ſufficit moueri cū b. ergo cōcluſio uera.

¶ Quarta concluſio eſt hec. Si fuerit una potentia ſe habens in maiori proportione quā dupla ad ſuam reſiſtentiā non in duplo uelocius ſufficit iſta potentia mouere cum mediante illius reſiſtentie quam cum tota illa reſiſtentia. Hec concluſio probatur ſic, ſit a una potentia ut ſex. b ſua reſiſtētia ut duo. c alia reſiſtentia ut unum, tunc arguitur qnātem tiam concluſionē tertie partis. Si fuerit primum maius q̄ duplum ſecundi. fueritq; ſecundū equaliter duplum tertij, &c. ſed ſic eſt in propoſito, ergo proportio primi ad ultimū erit minor quam dupla ad proportionem primi ad ſecundum, ſed motus ſequitur proportionem, ergo nō in duplo uelocius ſufficit a, mouere cum b quam c, & c eſt medietas b, ergo concluſio uera.

¶ Quinta concluſio eſt iſta, Si ſit una potentia ſe habens in minore proportione quam dupla ad ſuam reſiſtentiam duplata potentia ſtante reſiſtētia plus q̄ duplo uelocius erit motus. Hoc ꝓbatur ſic, ſit A una potētia, ut ſex. B ſua reſiſtentia ut quattuor. C, alia potentia ut duodecim, tunc arguo per ſextā concluſionē tertij partis ſi fuerit primū duplū ſecundi. & ſecundū minus

quam duplum tertij, proportio primi ad ultimū erit maior quam dupla ad proportionem secundi ad tertiū, & minor quam dupla ad proportionem primi ad secundum, sed motus sequitur proportionem, ergo plus quam duplo uelocius mouebitur C cum B quam A cum B. sed si A, duplaretur tanta uolocitate sufficeret A mouere cum B. sicut C cum B. nunc sufficit. ergo conclusio uera.

¶ Sexta conclusio est hec. Si aliqua potentia se habet in minore proportione quam dupla ad suam resistentiam plusquam in duplo uelocius sufficit illa potentia mouere cum medietate illius resistentie quam cum tota resistentia probatur sic. Sit A potentia ut sex B sua resistentia ut quattuor. C alia resistentia ut duo, tunc arguo per quintam conclusionem tertie partis. Si fuerit primum maius quam duplum secundi, secūdum equale duplum tertij &c. sed sic est in proposito, ergo proportio primi ad ultimum est maior quā dupla ad proportionem primi ad secundum, sed motus sequitur proportionē, ergo plus quam duplo uelocius sufficit A mouere cum C quam cum A. & C est medietas B. ergo conclusio uera.

¶ Contra istam opinionem arguitur sic. quia ex illa opinione uidetur sequi tria inconuenientia. Primum est hoc quod ex proportionibus equalibus proueniunt motus inequales. ¶ Secundum est quod ex minore proportione prouenit tanta uelocitas quāta ex maiori. ¶ Tertium est hoc quod ex minore proportione prouenit maior uelocitas quam a maiori

¶ Pro primo arguitur sic Pono quod a sit una pura terra cuius potentia sit octo B alia pura terra cuius potentia sit, ut iiij. & pono quod C & D, sint duo aeres uniformiter proportionabiles resistentes a B sit resistentia C ut duo resistentia D ut unum, & pono quod a pertranseat C & B, D, & sic pedalis quantitatis, & D semipedalis quantitatis, tunc quero nunquid inequali tempore pertransibit a C sicut B D uel nō, quod sic probatur quia in equali proportione se habet A ad C sicut B ad D, ergo inequali tempore pertransibit C, sicut B D, & tamen plus a pertransibit quā B, & ex proportionibus inequalibus mouebuntur, & sic primum inconueniens sequitur. ¶ Secundum inconueniens, probo sic, maior est resistentia C quousq; a sufficit pertransire medietatem C in eodem tempore precise in quo B pertransibit totum b quod est subdupla respectu ad illam. Tunc sic equalis est proportio a ad c, sic b ad d. & in fine maioration is c resistentia minor erit a ad c quod nunc est. c resistentia, tunc erit maior q̄ nunc est, & tunc tanta proportio b ad d, sicut nunc est, ergo in fine maiorationis proportio ad c, erit minor quam proportio b ad d. Et motus a ad c erit equelox cum b ad d, quia pertransibant spacia equalia in tempore equali, ergo secundum inconueniens uerum. ¶ Tertium inconueniens sic ostenditur minoretur resistentia quodammodo non tamen ad equalitatem secunde resistētie in casu tunc minori erit adhuc proportio a ad c, quam in secundo casu, & proportio b ad d tanta sicut in primo casu, & tanta fuit proportio in primo gradu a, ad c, sicut b ad d, ergo in isto casu est minor proportio ad c quam b ad d, & motus a erit uelocior in casu illo quam motus b, quia a nō pertransibit plusquam in secundo casu, & b tantum sicut in secūdo casu, & in secundo casu tantum sufficiebat pertransire sicut in b tempore equali, ergo a in casu illo sufficit plus pertrāsire quam b, & per consequens motus a erit uelocior quam motus b, & a mouebit in c, a ꝓportiōe minore q̄ b, in d. ergo tertiū inconueniens erit uerum.

¶ Pro illo dicitur quod in tempore in quo B pertransibit D. A

ſolum pertranſibit medietatem, & tunc ad argumentum a ſe habet inequali p portione ad c ſicut b add. ergo inequali tempore ſufficit a pertranſire c, ſicut b d. negetur conſequentia: quia aliqua ſe haberet ad ſua media eſt dupliciter, ſcilicet inequali proportione aut quantitate aut qualitate. ¶ Secundo modo quod hoc uerum quod a ſe habet inequali proportione qualitatiue, hoc eſt ad medietatem ſuper ſuum medium ſicut b ſuper ſuum medium, primo modo hoc eſt falſum quod a ſe habet inequali proportione quantitatiue ſuper ſuum medium ſicut b ſuper ſuum medium, hoc eſt ad pertranſeundum: quia a in duplo magis pertranſibit de ſpacio quam b, ideo non ſequitur quod a inequali tempore ſufficit pertranſire c, ſicut b d, ergo &c.

NOtandū eſt quod nullus motus poteſt prouenire a proportione minoris inequalitatis: aut equalitatis, ſed a proportione maioris inequalitatis. Qualitercunq; fuerit unū mixtum grauis ſimplici poteſt in eodem modo maiori uelocitate & minori uelocitate & equali uelocitate mouere cum iſtis ſimplici poteſt in eodem modo maior uelocitate & minor uelocitate & equali uolocitate mouere cum illo ſimplici. Hoc ꝓbatur ſic. & ſic a unum graue mixtum cuius grauitas ſit octo, & ſua leuitas ut duo, & ſit b, unum graue ſimplex, cuius grauitas ſit ut quattuor, & ſit c unum medium, cuius reſiſtētia ſit ut duo incipiant a, & b, mouere in c, tūc ſic, tāta uelocitate mouetur a, in c, ſicut b, in c, & econtra, quia potentia a, eſt ut octo ſua reſiſtētia intrinſeca ut duo & ſua reſiſtentia extrinſeca ut duo, tota reſiſtētia eſt ſicut quattuor, ſed inter octo & quattuor eſt proportio dupla, ergo a, & b, mouebūt equaliter & eque uelociter i illo medio. Et probatur ꝙ in minori uelocitate a mouere in c. quam b, in c, quia diminuatur reſiſtentia quouſq; fuerit ſicut unū. Tunc ſic. A potentia erit, ſicut octo quia reſiſtentia intrinſeca ſicut duo, & extrinſeca ſicut unum, ergo tota reſiſtentia erit tres, ſed inter octo & tres, eſt proportio ſuperbipartiens tertias. Sed potentia b eſt ſicut quatuor, ſua reſiſtentia ſicut unum, ergo b mouetur ex proportione quattuor, ſed a, nō tantum ergo a, minore uelocitate mouetur a, quam b, & creſcente reſiſtentia uſq; ad quattuor mouetur a, a maiori uelocitate in c quam b, in c. Et ſic patet finis.

BIBLIOTHECA BODLEIANA

H-13-10-50